



2
6
73











2.6.73

A


XXIX

SIMON. de

Impost. de

Impost Cinug

2.6.73



J. J.

JOHANNIS. GEORGII. SIMONIS. J. U. D.

BREVIS. DELINEATIO.

IMPOTENTIÆ. CONJUGALIS.

DIU. HACTENUS. DESIDERATA.

NUNC. VERO.

DENUO. REVISA. ET. IN. LUCEM. EDITA.

JENÆ.

A. O. R. M. DC. LXXII.





TYPIS. SAMUELIS. ADOLPHI. MÜLLERI.

Typographus Lectori S.

Habes hîc L. B. Dissertationem Consultissimi DN. DOCTORIS SIMONIS, *qvam A.C. M.DC.LXV. tanqvam Juris Candidatus in Almâ nostrâ Salanâ elaboravit. Optassemus eqvidem, voluisset Ille maturius jam suum, in ejusdem revisione, adhibere judicium, sed qvoniam inevitabilia multa, eaqve ardua magis eundem negotia mansisse vidimus, hoc qvaleqvale opusculum (paucis locis interjectis) prouti ferè accepimus editum, Tibi, Tuaqve sinceritati iterum commendamus, certissimè promittentes fore, ut aliqvando uberius doctiusq; hâc luce fruatur;*

Vale.

L. S.



Ommeritam forsitan reprehensionem, insulsamque scribendi nigredinem meritum esse me haud inique arbitraberis, placide pariter & verecunde Lector, videlicet qvum rem aggressus sim, explicatis hisce chartis, arduam, graviori certè senio sacram, juxtim & quotidianæ utplurimum observantiæ addicatam, *vid. Herman. Vultej. Cons. Marpurg. vol. 2. cons. 9. num. 2. p. m. 50. b. Jacob. Menoch. cons. 69 num. 59.* Materiam namque si ponderes, verè pudica est, & ultra tori sacrarium rarissimè extendenda: Sanè perita est, saniorique Consistoriorum cribro relinquenda: utique pulchra est, & humeris peritorum juris unicè committenda. Operam si altius repetas, ab eo processit, quem juvenem ætas, ac theoriæ juris, quaqua licuit, addictum rerum tempora voluerunt: quem inscium livor, protervæque scurrilitatis asseclam invidia proclamarunt: quem atheon vulgus, & inauditæ temeritatis autorem turba judicarunt. Accedit ad hoc teterrimum simul ac effrenatissimum urbanè minus jocandi œstrum, quo

plurimi sæpissimè perculsi, etiam iis in factis, ubi propter honestatem, quod turpe est, temperari verbis oporteat, *Petr. de Ancharan. ad c. 1. accepisti, x. de Frigid. & Malef. num. 9. p. m. 33. à. Bartol. à Saxoferrat. ad L. cum vir nubit. 31. C. ad L. Jul. de Adulter. p. m. 344.* culpatæ levitatis verba protrudunt, contegendos conjugii actus spurcâ temeritate divulgant, piisque ut & illibatis auribus, queis meritò parcendum, fomenta scandali suppeditant, *vid. Carol. Scriban. Instit. Polit. Christian. libr. 1. cap. 11. p. m. 452. & seqq. Johann. Azor. Instit. Moral. Libr. 3. cap. 10. p. m. 136. & seqq. Johann. de Dicastill. de Instit. & Jur. Libr. 1. Disp. 3. Dub. 15. Hierem. Drexel. Nicet. seu Triumph. Incontin. Libr. 1. cap. 8. p. m. 45.* At adsit licet statuendi diffidentia, scribendique haud expedita facultas: obstet suo modo incondita pudoris displicentia, scurrilisque, quorundam salacitas: oppugnet me pro lubitu abjurata imperitiorum reverentia, plorandaque suggillandi procacitas. Publicam ventilandi ansam subministrare meditatus sum, occasionem interim absolutum pariendi partum aliis derelinquens: eos, quibus nihil solidi in juventutem, sed in seram suam atque provectam tantum ætatem cecidisse arridet; responsione non dignari, sed hircis potius associare animus fuit, philosophis nimirum, barbas si spectes, optimis maximis: purus impuris existere non potui, neque mirum hoc, cum vel liberis licitè operam dare testante *Tullio Libr. 1. Offic.* & re ipsâ fatente honestissimum, *Novell. 22. Novell. 140. Novell. Leon. 26. pr.* ita tamen in pejorem partem ab impudicâ temeritate versum sit, ut suos, verba si spe-

ſpectes, quodammodo manes perpetiatur. Adeo nimirum leges, mores ac ſermones ſuum habent ævum ac fatum, ut quod revera ſemper honeſtè fieri putatur, quandoque inhoneſtum ac minus decens turbæ viſum ſit, *arg. Auth. ſed novo jure C. ad L. Jul. de Adulter. Jacob. Cujac. 6. Obſervat. 15. Nicol. Boer. Deciſ. 298. Gramm. Deciſ. 3. add. Buſæus Virid. Chriſtian. Virtut. loc. de Verecund. cap. 2. & ſeqq. p. m. 660. Benedict. Carpzov. prax. crimin. p. 2. q. 55. num. 14. & q. 71. num. 34.* Nolo igitur obſcœna eorum inire caſtra, utut naſuta ineruditi Momi gens id unicè clamitet, meque etiam, quod tamen nihili facio, doctioris malevoli vanitatibus exponere conetur, ſed tuo judicio erga me benevolo, candide juxtim ac tranquille Lector, me measque paginas commendo, Sanctè, imo per Deum omnipotentiſſimum, ejusque divinum, quod ſemper imploro, auxilium aſſerens atque repromittens, me talem imposterum præſtiturum, ut qvum malo huic, niſi detecto remedium quæri, uti & pœna execrandis hisce facinoribus, quæ quandoque per confeſſionem duntaxat ſacerdoti factam deteguntur, imponi non poſſit, *vid. Jodoc. Damhouder. prax. criminali. cap. 98. in fin. p. m.* 292. non obſcurè appareat, caſtum caſtis caſtiſſima protuliſſe,

Dixi.

CAPUT

Caput Primum,

QVOD DETUR IMPOTENTIA CONJUGALIS.

Thesis I.

1. *De Non ente disputare incongruum.*
2. *Datur Impotentia Conjugalis.*
3. *Probatur hoc ab experientiâ communi.*
4. *Remonstratur idem per testimonia sacra.*
5. *Confirmatur per seriem experientiæ profanæ.*
6. *Subseqvuntur exempla profana.*

1. PLatonicas certè ideas cuicunque emunctæ naris viro somniasse videtur, qui in declarando nec non poliendo negotio penè multus; in confirmando simul ac stabiliendo justo brevior offenditur. Quamvis enim natura rerum conditum sit, ut qvodvis inchoandum firmetur ante, quam confirmetur; fundetur, quam stabiliatur: non pauci tamen, in rebus præprimis mente supponendis, consummare ante, quam summare annituntur, ordine perverso. Non abs re igitur me facere adopinor, dum insistendo do-
2. ctorum gressibus, telam à quæstione *an sit?* exordior, eaque ubilibet permunitâ, ad contexendum *quid sit?* progredior, præprimis cum certum sit, multos in hoc negotio cœtera longè celeberrimos quid humani perpessos esse. Dari autem impoten-

tiam

tiam conjugalem, abundè constat è factis, eorum-
que custodibus historiographis. Siquidem (cum
Paulo Jovio. Histor. Libr. 1. loquor) in tantum pro- 3.
gressus egerunt partim novercale quibusdam na-
turæ odium, partim & proterva delinquendi libi-
do, ut nihil reliqvum tot maculis afflicto terrarum
orbi fecisse videantur, cum ipsissima quoque conju-
gii sacra bello tacta suo, vel externo malorum vi-
tio gemuerint. Naturæ defectum animadvertere
discupis ? Saram pensites, *Genes. 16. v. 2.* Han- 4.
nam consideres, *Sam. 1. v. 5.* Elisabetham æstu-
mes, *Luc. 1. v. 7.* plura spontè adeas, *Genes. 30. v. 1.* 5.
Jud. 13. v. 2. Profana testimonia idem largientur,
ubivis quippe experimur clandestinas fructiferi
minus conjugij lamentationes, quamvis in masculis
eædem rarius patefiant; quoniam exquisita sœpè
salacis fœmellæ machinatio non raro fortissimis
quoque viris insidiari consueta *vid. Francisc. Guinet.
Justinian. Magn. cap. 7. num. 4. p. m. 117. Procop. de
Bell. Vandalic. Libr. 2. p. m. 217.* partum peregrè
quæsitum incauto marito superinducit, eumque
inopinato cucurbitatum (ne camarinam, dissua-
dente hoc *Virgilio Libr. 3. Æneid.* commoveat,)
insuper conticescere, quid ? Sobolem alienam
instar cuculi pullos nutrire efficit, *vid. Besold. Opusc.
Juridic. part. 4. de Nupt. cap. 11. num. 4.* Nec de est
incantationum copia, queis maleficiosa gens in-
curabilem ferè, ni ipsi velint, infirmitatis labem
conjugatis conciliat. Decantata esse adopinor,
quæ pluribus aliàs allegant *Autor. Histor. Magic. de* 6.

Spectr. Libr. 1. num. 217. Martin. Delrio Disqv. Mag. Libr. 6. cap. 2. Sect. 1. quæst. 3. p. m. 449. ex Jacob. Sprenger. Mall. quæst. 1. cap. 1. Comitem quendam VVestraviensis territorij, in finibus Argentinensis Diœcesios uxorem eqvidem duxisse nobili loco natam, eam tamen, quia viribus ad procreandam sobolem arte magicâ privatus esset, per triennium cognoscere haud valuisse. Recenset ulterius *cit. Autor. Hist. Magic. Libr. 1. num. 220. ex Jacob. Sprenger. Malleo Venefic. part. 2. cap. 6. Quæst. 1. p. m. 193. Fr. Johann. Nider. Formic. de Malef. decept. cap. 3. p. m. 484.* in territorio Lausanensi necromanticum quendam vicini domum gravi sterilitatis plaga affecisse, quæ tamen rursus cessasset, cum captus ac quæstionibus subjectus aperuisset, serpentem subter limen domus â se defossum esse. Sed jam in conquirendis exemplis, qvum constans omnium confessio rem manifestet, *vid. tot. tit. x. de Frigid. & Maleficiat. & Impotent. Coëund. ibique Panormitan. Hostiens. Bald. Ancharan. Haring. Boich. Andr.* perbrevem esse præstat, confer tamen *cap. 6. th. 4.*

THESIS II.

1. *Unde Impotentia derivetur.*
2. 3. 4. 5. 6. *Qvot modis illa accipiatur.*
7. *Synonymia hic parum curatur.*

1. ONnomatologiam suffulto negotio accedimus, offendentes ibidem primipilari loco etymologiam rem Juris consultis investigare curiosissimam *A. Gell.*

A.Gell. Noct. Atticar. Libr. 13. cap. 10. Quintil. Instit. Orator. Libr. 5. cap. 14. & ad ipsius subjecti cognitionem felicissimè provehentem *Scaliger Ex.* 1. *Sect. 1. & Ex. 359. Sect. 1. Hering. de Fidejussor. add. arg. pr. Instit. de Libertin. L. Essre est. 1. de Reb. Credit. L. Labeo. 7. §. Servius. 2. in fin. de Supellect. Legat.* secundum quam impotentia derivationem grammaticam, haud logicam si pensitaveris, deducitur à verbo impotens, puta quoad membra simul ac actus, quibus potissimum conjugale debitum exercetur. Insequitur hanc homonymia certissima errorum genetrix, *arg. L. Interdum. 4. de Publ. Judic. junct. L.* 2.
un. C. Quand. Crim. act. civil. non præjudic. Usurpatur namque impotens primò pro nimium quantum volente potenteque, quemadmodum interpretatur ex *Terent. Donat. in Andr. Act. 5. Scen. 3. vid. Johann. Calvin. in Lexic. Jurid. hoc vocab.* similique modo ex eodem infert *Basil. Faler. Thesaur. hoc verb.* ut: ego te novi, quam soleas esse impotens, i.e. qui cohibere animum tuum non potes: Sic etiam monente Turnonio, nequaquam summo magistratui (de Nuellio, libellorum supplicum magistro, sermo est,) impotens & violentum ingenium convenire pronuntiat *Jacob. August. Thuan. Histor. Libr. 4. Anno 1548.* similiter Solymannus, Turcarum Imperator, in hoc significatu impotens vocatur tyrannus à *Paulo Jovio Histor. libr. 36.* At nos, quamvis adeò liberales futuri vix simus, ut nullam impotentiam propriè dictam, naturæque defectum hîc adinveniri adstruamus, posito tamen cum enumeratis Autori-

toribus vocabulum hoc communiter ſic adhiberi,
eundem ſignificatum hâc vice ſeponimus, quippe
minimè de exceſſu, ſed de carentiâ in Venere pau-
ca tradituri, interim conſulet Lectoris Benevolen-
3. tia *Ariſtotel. 7. Ethicor. 1. 2. & ſeqv.* Secundo aſſu-
mitur pro minus potente, uti paſſim apud *Cornel.*
Tacitum, qui & priorem opinionem colit *Libr. de*
Morib. Germanor. atque in jure receptum eſt, *vid.*
Summ. L. in cauſis. 10. C. de Repud. Novell. 22. cap. per
occaſionem. 6. Rubr. & arg. c. 2. quod ſedem. c. 5. laudabi-
lem. c. 7. literæ. X. de Frigid. & Maleficiat. Polydor. Ri-
pa Tract. de act. in artic. mort. cap. 14. num. 7. p. m. 87.
& Tract. de Tempor. nocturn. cap. 22. num. 51. p. m. 169.
& hanc ſignificationem limitatê quidem pro nunc
noſtram facimus : limitatè diximus, ad effugien-
dum periclitationem cervicibus imminentem.
Cognovimus enim monente *Clariſſ. Dn. Valentino*
Bergero, Gymnaſ. Hallenſ. Rector. Præceptore noſtro piè
colendo, Diſp. Logic. 7. th. 2. impotentiam hoc modo
4. intelligi primò poſitivè ſeu comparativè pro po-
tentiâ naturali, ſed quæ non ita, ut alia quædam,
5. perfecta eſt ; Secundò negative, pro abſentiâ in
ſubjecto, quod eam recipere incapax eſt, hunc in-
6. tellectum uberius proſequitur *th. 2.* tertio privativè
pro abſentiâ in ſubjecto capaci, quam ſolummodo
tanquam principalem retinemus, ſive privatio iſt-
hæc logicè , ſive phyſicè etiam contempletur,
Franciſc. Piccolomin. Philoſoph. Patavin. Introd. ad de-
cem grad. Philoſoph. civit. cap. 1. pariter ac forma in
ſubjectum conveniens vel introducenda, vel intro-
ducta

ducta sit. Synonymiæ, quæ levis hîc, & à quolibet de 7.
facili proprio nisu investiganda, mentionem injicere animus non est, scilicet ut ne in re perspicuâ pariter ac manifestâ nimis solicitam nominum curam (quod pariter culpandum est, *Dan. Otto Dial. Jur. Libr. 1. cap. 2. reg. 3. Francisc. Piccolomin. Introduct. ad scient. natur. cap. 1.*) admovisse videamur.

THESIS III.

1. *Varij actus Impotentibus competentes.*
2. *Ridicula argumentatio Glossæ.*
3. *Non validè contrahitur matrimonium ab Impotentibus parte validâ invitâ.*
4. *Refellitur objectio ex l. si serva. §. 1. d. jur. dot.*
5. *Eunuchos naturâ fieri negant quidam.*
6. *Spadonibus, quatenus pro castratis sumuntur, rectè interdicitur matrimonio.*
7. *Refutatur Accursius, qui verum cum impotente matrimonium contrahi statuit.*
8. *Rejicitur Calvinus, qui idem de thlasiis & thlibiis asserit.*
9. *Notatur Cujacius, qui differentiam inter Jus Civile & Canonicum efficit.*

POstremum theseos voculam aggredimur, quâ impotentiæ nostræ vim atque efficaciam quandoque ab aliis juris actibus segregamus. Castrati etenim 1.
mediante adoptione, nec non spadones, frigidi & maleficiati filios sibi adsciscere, posthumum heredem scribere, tutores vel curatores esse, testamentum & codicillos facere (de quibus tamen ridiculam dissentien- 2.
tium opinionem vide in *Gloss. ad L. Eunuchis. 5. C. Qui*

Teſtament. facer. poſſ. ſcilicet: ad teſtamentum requirun-
tur teſtes. Eunuchi non habent teſtes. E.) atque ex-
emplo Syllæ ut & Cottæ, item Salomonis, Beliſarii
ſucceſſoris, qui etiam ſpadones fuerunt, militare (ſi ju-
ra indiſtinctè capere velimus) valent, §. *ſed & illud. 9.
Inſt. de Adoptionib. L. Generalis. 2. §. illud. 1. arg. L. Et qui.
30. L. Adrogato. 40. §. ſpado. 2. h. t. L. Spadonum. 15. de Ex-
cuſat. L. Falſa ſuaſione. 1. C. h. t. L. Sed eſt. 6. §. Sed ſi. 1. de
Liber. & Poſthum. hered. inſtituend. L. Eunuchis. 5. Qui Te-
ſtam. fac. L. Qui cum. 4. pr. de Re militar. Novell. Leon. 27.
28. Procop. de Bell. Vandal. libr. 1. p.m. 149. Hubert. Giphan.*
3. *Juſtinian. Magn. p.m. 97.* attamen perdurante vitio ma-
trimonium adeò firmum, quin alterâ parte poſtulante
non reſcindatur, inire non valent, *c. 29. quod autem. 27.
q. 2. c. 4. ſi per ſortiarias. 33. q. 1. Wilhelm. Ludvvell. Diſp. 2.*
4. *θ 3. lit. B.* Aſſertioni noſtræ non refragatur primò *Ul-
pian. in L. Si ſerva. §. ſi ſpadoni. 1. de Jur. Dot.* qui ſpadoni-
bus omninò matrimonium ac dotis actionem concedit;
quoniam ſub nomine ſpadonis non indigitat morbo-
ſum ac impotentem, ſed minus ac remiſsè potentem,
adeoque non intelligit eum, qui per naturam duobus
caret teſticulis, *Eraſm. Ungepaur ad Tit. X. de Frigid. &
maleficiat. n. 5. Nicol. de Tudeſchis Abb. Panormitan. ad cap.
2. quod Sedem. X. h. t. n. 5. p.m. 34. b. Johann. Gœdd. ad L. Spa-
donum. 128. de Verb. Signific. n. 3. Franciſc. Guidott. h. l. p. m.*
5. *209.* (quanquam eunuchos naturâ fieri neget *Dionyſ.
Godofred. in Not. ad Novell. 27. Leon.*) ſed qui unicum
tantum, eumque potentem habet teſticulum, *L. Pom-
ponius. 6. §. Spadonum. 2. de Ædelit. Edict. ubi τὸ ſicuti inter-
pretatur Gloſſ. rectiſſimè non ſimilitudinariè, ſed exemplificativè.*
Nam hic non modo generare, *L. c. L. Sed eſt. pr. de Li-
ber. & Poſthum. hered. inſtit.* ſed etiam ancillam ſuam du-
cendi

cendi ergo manumittere potest, *L. Alumnos. 14. §. & si. 2. de Manumiss. Vindict.* Aliter se res habet cum spadone, 6.
quem in principio induximus, cui, quoniam per tempus lege definitum *c. 5. laudabilem. X. de Frigid. & Maleficiat. Jul. Pac. Isagog. h. t.* reddere conjugale debitum non valet, *L. Generalis. 2. §. & illud. 1. de Adoption add. Petr. Cornel. Brederod. Thesaur. dict. verb. spado.* & fœminis vitio vertatur, nuptiarum præmia partusque non habere, quippe qui & ipsarum torturas & supplicia suspendunt, *c. 1. pudor est. 32. q. 2. L. 3. Prægnantis. de Pœn. Guid. de Suzar. Tr. de Torment. cap. 2. n. 1. 9. p. m. 11. 17.* justissimè ad petitionem conjugis conjugio contracto rursus interdicitur, *L. In causis. 10. C. de Divort. & Repud. Novell. 22. cap. per occasionem. 6. Dn. Joh. Strauch. Dissertat. 2. aphor. 9. Nicol. de Tudeschis Abb. Panormitan. p. m. 34. Petr. de Ancharan. p. m 33. a. Henric. Cardinal. Hostiens. p. m. 225. c. Johann. Andreæ p. m. 28. c. d. ad cap. 1. accepisti X. de Frigid. & Maleficiat.* Removemus quoque secundò mentem 7.
eorum, qui teste *Johanne Accursio in L. Si serva. 39. §. si Spadoni. 1. verb. qui castratus. de Jur. Dot.* in spadone verum dicunt matrimonium esse, tametsi generare non possit; Nam misso eo, quod ut liberos ederent, mulieribus maxima sit constituta cupiditas, *L. Ambiguitates. 2. C. de Indict. Viduit. tollend.* ipsa juris civilis sanctio contradicit, *Novell. 22. cap. 6. Novell. Leon. 98.* canonumque autoritas adversatur, *cap. 5. Laudabilem X. de Frigid.* Se- 8.
jungimus porrò, quod tertiò urget *Joha. Calvin. in Lexic. verb. spado.* & repetit *verb. thlasiæ.* de thlibiis atque thlasiis; Hos enim rectè matrimonium contrahere autumat, annumeratque spadonibus in specie sic dictis: verum hæc opinio immoto veritatis talo non subsistit: siquidem vitium hoc operâ medicorum aufferri non potest,

test, cum eorundem testiculi adeo concisi, collisi ac contusi sint, ut vel emarcuerint, vel contabuerint, nequaquam amplius ad destinatam utilitatem idonei; consentit *Dn. Hahn. observat. ad VVesenbec. π. Tit. de*
9. *Adopt. p. m. 187.* Nec contra nos facit quartò, quod *Jacob. Cujac. ad c. 1. col. 2. X. de Frigid.* quem citat ac refutat *Heinric. Zœs. Comment. h. t. n. 8.* differentiam effingere velit inter jus civile & canonicum, motus potissimum *cap. 2. quod sedem. X. h. t.* quoniam si vitium perpetuum sit, vel terminos à legislatore præscriptos transgrediatur, utrumque jus solutionem promittit; sin verò temporale, ac intra præfinitos juris annos medicorum operâ curabile, nec jus canonicum contrario ausu, quid machinatur, quin potius eodem cum civili placito rem finit atq; determinat.

CAPUT SECUNDUM,
EXHIBET DEFINITIONEM IMPOTENTIÆ CONJUGALIS GENERALEM, EAMQUE AB ALIIS ACTIBUS SODOMITICIS DISTINGUIT.

THESIS I.

1. *Quid sit impotentia conjugalis.*
2. *Variæ acceptiones vocabuli coire.*
3. *Ratio quare hîc etiam pertractentur sodomiæ species.*
4. *Sodomia maris cum mare apud Romanos & Græcos frequens.*
5. *Orpheus sodomiæ inventor.*

6. *Excu-*

6. Excusatur à quibusdam.
7. Socrates & Alcibiades ob amorem juvenum suspecti.
8.9.12. Attalus, Philippus Macedo, Bonzii, &c. Sodomitæ.
10. Nero activè & passivè sodomiam exercuit.
11. Albigenses hoc scelus jure naturæ licitum esse defenderunt.
13. Johann. à Casa sodomiam publico scripto laudavit.
14. Papa Sixtus IV. Cardinalibus concessit tribus mensibus æstivis sodomiam exercere.

SEposito puncto onomatologico ad pragmatologiam impotentiæ nostræ recto pede pergimus, eam in genere sequenti modo delineantes: quod sit coëundi defectus tàm in mare, quàm in fœminâ, vitio vel lege conciliatus. Reservavimus autem hâc vice 2. prolixiorem τὸ coëundi derivationem & explicationem; Dicitur enim variè: coire societatem *L. Societas. 1. L. Quia. 2. l. Societatem. 4. imò t. t. pro Soc.* coire matrimonium, *L. In Testamento. 31. de Condition. & Demonstration.* coire uxori, *L. In causis. 10. C. de Repud.* coire in alienam litem, *L. Ex SCto. 6. de Vi privat.* coire accusationes, *L. Concussionis. 2. de Concussion.* Præ- 3. terea hic descripsimus impotentiam non quamvis, sed quæ fœminæ cum marito intercedit, excludentes hoc modo alios actus venereos nefandos atq; vetitos, quos etiam ab omnibus ignorari satius esset, *Matth. Bernecer. Comment. in libr. 8. cap. 6. n. 8. Justin. lit. e. Cunrad. Dieteric. Instit. Catechet. de Sext. Præcept. quæst. quint. num. 4. p. m. 122.* in quibus impotentia negativa, non privativa locum obtinet, quos tamen (quamvis sub hâc definitione non contineantur, nec directè

ac principaliter hûc pertineant) ad noſtram poſitionem melius enodandam, atque differentiam, quæ inter hanc impotentiam aliasve ejusdem ſpecies interjacet, docendam, brevibus recenſere operæ pretium eſſe du-
4. ximus. Exhibet autem ſe primò illud flagitium, ſi quando vir cum viro turpiſſimo & plusquam efferato more ſe commiſcet, æque ac muliebria patitur vel peragit, *Gen.19.v.5. Levit.18.v.22. & 20.v.13. Rom.1.v.27. Gloſſ. ad Daniel.12.v.37.verb.* Frauenliebe. quod pejus eſſe, quam cum matre concumbere, dicit *c. adulteri. c. uſus naturalis. 32. q. 7. Hortenſ. Cavalcan. de Brach. Reg. part. 4. n.79. lit.b. p.m.363.* hujus patratores *Lactant. lib. 6. Divin. Inſtit. c.23.* vocat impios & parricidas, qui ſuum ſexum profanè ac petulanter illudant. *add. Matth. Martin. Lexic. Philolog. verb. ſodomia.* & olim maximè in uſu fuit apud Romanos pariter ac Græcos, quippe qui, prout atteſtatur ex *Salvian. libr. 7. de Provid. Philipp. Camerar. hor. ſucc. cent. 2. cap. 42.* nonnunquam tam profligatæ pudicitiæ inventi fuerunt, ut ad excitandam libidinem veſtibus, habitu & omnibus mulieribus ornamentis vir viro ſementito ſexu ſub quâdã falsâ muliebri ſpecie nupſerit, quid? quod fœdis cogitationũ illecebris à Satana circumventus indicia quædam menſtruoſæ impuritatis ſibi innexuerit, *vid. Dionyſ. Godofred. in not. ad L. Cum vir nubit.31. C. ad L. Jul. de Adulter. Revard. 4. var. 20. Menoch. caſ.286. n.11. & ſeqq. Petr. Theodoric. Colleg. Crimin. cap.6. aph.5. lit.l.* Hocce ulterius non obſcurè colligere eſt ex *§. cum autem.3. Inſtit. l. Nec ei.17. pr. de Adoption. verb. an honeſta ſit. §. ſed hoc tempore. fin. Inſtit. de his qui ſui vel alien. jur. l. Si dominus.2. ff. h. t. l. Iſti. 8. §. Quod ſi. 2. Quod met. cauſ. l. lege. 1. §. Item Divus. 4. ad l. Corn. de Sicar. l. Sollicitatores. 1. §. qui puero. 2. de Extraordin. Crimin. §. Item Lex*

Julia

Julia. 4. Inſtit. de Publ. Judic. l. Qui domum. 8. pr. l. Mariti. 29. §. Eum. 9. l. Stuprum. 34. §. adulterium. 1. ff. ad l. Jul. de Adulter. l. Cum vir nubit. 31. C. h. t. l. Vel Luxurioſum. 2. de Serv. Corrupt. l. Hunc titulum. 1. §. removet. 6. de Poſtuland. Novell. 77. cap. 1. pr. Novell. 141. proœm. Matth. Dreſſer. Iſagog. Hiſtor. part. 1. millenar. 2. p. m. 49. 53. Porc. Latron. Declam. in Catilin. p. m. 311. Philipp. Camerar. Horar. ſucciſiv. cent. 2. cap. 42. Jacob. Ravard. de Ambiguit. Jur. libr. 4. cap. 20. p. m. 406. Johann. Carion. libr. 2. de prim. Monarch. p. m. 19. Vit. Amerbach. Interpr. in Phocylid. p. m. 123. Plat. Dial. de legib. 8. Jul. Pac. Analyſ. Codic. Tit. ad l. Jul. de Adulter. n. 27. Auguſtin. in c. uſus. 32. q. 7. & libr. 6. de Civitat. Dei. cap. 8. Dn. Georg. Adam. Struv. Syntagm. Jur. Civil. Exerc. 49. th. 42. Dn. Johann. Strauch. Diſſert. 29. aphoriſm. 6. Conrad. Rittershuſ. ad §. 4. Inſtit. de Publ. Judic. Wilhelm. Ludwell. Diſp. Inſtit. 18. §. 4. lit. b. Mejer. in Coll. Argent. tit. de Stupr. §. ſodomia. th. 26. p. m. 606. Harpprecht. ad Inſt. §. 4. de adult. n. 123. p. m. 1164. Hujus ſceleroſi facti inventum 5.
quidam in Orpheum rejiciunt; nonnulli tamen refe- 6.
rente *Johann. Calvin. Lexic. Jurid. verb. muliebria.* non temerè exiſtimant, patratum hoc ad liberalem magis honorem & amorem eſſe referendum, quo etiam Socrates adoleſcentes ingenioſos complexus eſt, amore puta Græcis communi, qui dicebatur amor amicitiæ, de quo videantur *Cornel. Nep. in Vit. Alcibiad. Cicer. lib. 4. de Repub. & libr. 4. Tuſcul.* his adde cum *Platon. Plutarch. & Xenophont. Dion. Lambin. Comment. ad cit. vit. Alcibiad. n. 16. 17. per tot. Marſil. Ficin. cap. 2. in Conviv. Platon. Andr. Schott. in Loc. dict. Cornel. Nepot. n. 7. cum Marc. Anton. Muret. libr. 15. Var. Lect. cap. 4.* Viri enim in Republicâ clari, aut ſapientiâ doctrinaque præſtantes adoleſcentulos bono ingenio præditos amabant, quò à turpi-

bus

bus vitæ studiis, cum perpetuo illis adessent, eosdem
7. abducerent: Quanquam ob id Socratem & Alcibiadem non benè audivisse dicat *Gybert. Longol. Comment. in Vit. dict. Alcibiad. n. 4. lit. l.* similiter hunc amorem semper sibi suspectum esse, & publicam idcirco accusationem subiisse Socratem, pronunciet *Hieron. Magius in Vit. Albiciad. n. 5. lit. A. p. n. 414. cum* Lucian. *in Eunuch. & Diogen.* Laërt. *in vit. Socrat.* Paulò tamen aliis ex causis hanc corruptæ juventutis querelam à Melito & Anyto institutam deducit *Matth. Dresser. Isagog, Histor. part. 1. millenar. 4. p. m. 516.* Cœterum nefandi hujus stupri men-
8. tionem facit *Curt. libr. 2.* cum Pausaniam inducit nobilem ex Macedonibus adolescentem, quem Attalus (Cleopatræ, uxoris Philippi M. avunculus) non tantum ipse strupavit, sed & tanquam vile scortum libidini convivarum subjecit, tametsi ipsum suo justo tempore
9. tristissima manserit Nemesis. Et ipse Philippus Macedoniæ Rex Alexandrum, uxoris Olympiadis fratrem, puerum honestæ pulchritudinis in Macedoniam nomine sororis arcessit, omnique studio sollicitatum spe regni simulato amore ad stupri cdnsuetudinem perpulit, & ita eum impudicum fecit ante, quam regem,
10 *Justin. in Histor. Trog. Pomp. libr. 8. cap. 6. n. 5. & seqq.* Consimili ratione Nero puerum Sporum exsectis testibus in muliebrem naturam transformare conatus est, atque cum dote & flammeo (verba sunt *Sueton. in Vit. Neron. cap. 28. & 29.*) per solenne nuptiarum celeberrimo officio deductum ad se pro uxore habuit, mutatoque nomine Sabinam dixit, ob similitudinem formæ, vel Poppeam altero Sabinæ uxoris defunctæ nomine, *Isaac. Casaubon. Comment. ad Sueton. in d. vit. Ner. c. 8. p. m. 498.* Hinc exstat cujusdam non inscitus jocus, benè agi potuisse

tuiſſe cum rebus humanis, ſi Domitius pater talem ha-
buiſſet uxorem. Idem impuriſſimus Noro Dorypho-
ro liberto, ſicuti ipſi Sporus, ita ipſe ſibi reſecatis geni-
talibus denupſit, ut voces quoque & ejulatus vim pa-
tientium virginum imitatus fuerit, *add. Freculph. Epiſcop.
Lexovienſ. Chronic. Tom.2. libr. 1. cap. 16. p.m. 416. Gregor.
Turonenſ. Epiſcop. Hiſtor. lib.1. num.25. p.m.17. Heinric. Gla-
rean. in Eutrop. libr.7. Comment. p.m.129. Wilhelm.* Ludwell.
*D.2. θ.2. lit.C. Dion. in Vit. Neron. §. 12. Chriſtian. Matthiæ.
Theatr. Hiſtor. pract. in Vit. Neron. p. m. 501.* Nec mi- 11.
nus Albigenſes hæretici tanquam rem naturæ optimè
convenientem hanc ſtupri ſpurcitiem exercuerunt at-
que prædicarunt, quamobrem quoque pœnas dede-
runt utique non immeritas Papæ Innocentio III. Regi
Galliæ, & aliis Epiſcopis, Anno Chriſti 1212. *Sebaſt.
Franck. Chronic. Germanor. in Hiſtor. Imperat. Frideric. II.
p.m.195.b.* Adjungimus hiſce, ſi non majores, certè ta- 12
men in hoc nequitiæ genere maximè pares, Sardana-
palum & Heliogabalum, *Cicer. libr. 5. Tuſcul. Quæſt. Cœl.
Rhodogin. libr. 11. Antiquit. c.13.* quorum poſterior defa-
tigatus amore mulierum ſeipſum denique genitali in-
ſtrumento privavit, perpetuam caſtitatem Deæ Ve-
ſtæ vovit, quid? cum eſſet Baſſiani Caracallæ filius
ex novercâ genitus, non amplius Baſſianus, ſed Baſſia-
na vocari voluit, veſtibusq; tanquam adoranda Venus
abuſus eſt, *Sebaſt. Franck. Chronic. German. in Vit. Heliogab.
p.m.32.a.* Sic Bonzii Japoniorum ſacerdotes cùm reli-
quis vitiis, tùm præpoſteræ libidini turpiter adeò dediti
ſunt, non modo ut id non celent, ſed etiam profi-
teantur palam: & longo jam uſu virorum æque ac
mulierum aures callum ad tam nefarii ſceleris nomen
obduxerint, permultos itidem habent in cœnobiis
filios optimatum inſtituendos literis, quorum ætatis

flore abutuntur, *vid. Epistol. Francisc. Xaver. quæ continetur in libr. 1. Epist. de Reb. Japonic. p. m. 160.* Item Heruli apud Histrum flumen habitantes impios coitus cum viris & belluis habuerunt, *Procop. de Bell. Gothor. lib. 2.* Ut jam prætereamus Hasdrubalem ac L. Papirium, *Corn.*
13. *Nep. in Vit. Hamilcar. cap. 3. Liv. libr. 8.* Ut supprimamus denique ex unâ parte Johannem à Casa Florentinum, qui ArchiEpiscopus Beneventanus, Cameræque Apostolicæ Decanus &c. affirmavit, se hoc amore plurimum delectari, nec aliam Venerem cognoscere, *Chemnitz. Exam. Concil. Tridentin. part. 3. p. 6. & 125. de Cœlibat. Sacerdot. Besold. Thesaur. Pract. verb.* Sodomie. *& verb.* Narren. *Johann. Sleidan. libr. 21. Comment. p. m. 652. Benedict. Carpz. Prax. Crim. p. 2. q. 77. n. 3.* quapropter eandem publico scripto prædicavit edito Venetiis apud Trojan. Nave, uti refert *Carol. Molin. in orat. habit. Tubing. Anno*
14 *1554.* Ex alterâ parte Sixtum IV. qui ad instantiam quorundam Cardinalium potestatem illis dedit, tribus mensibus æstivis sodomiam exercendi, *Johann. Gerhard. Tom. V. Loc. Theolog. de Eccles. sect. 8. p. m. 448.* De Melgone Rege Sodomiæ addictissimo *vid. Sebast. Franck. l. c. Histor. Anastas. p. m. 57.*

THESIS II.

1. *Libido quarundam mulierum exaggeratur.*
2. *Quæ dicenda meretrix secundum Gloss. Jur. Canon.*
3. *Testimonia Sodomiæ à mulieribus invicem perpetratæ.*
4. *Possibilitas actus Sodomitici, quem mulieres inter se exercent, demonstratur.*
5. *Exempla hujus Sodomiæ.*
6. *Defensio licita contra vim inferentem Sodomitam.*

7. *Pœna*

7. *Pœna Sodomiæ apud Græcos.*
8. *Animadversio ex Jure Civili.*
9. *Sodomitæ an testamenta facere queant?*
10. *Sanctio Juris Canonici de Sodomitis.*
11. *An ob Sodomiam matrimonium rescindendum?*
12. *Constitutio Criminalis Carol. V. & mores hodierni quoad hoc delictum.*
13. *Mitigatur Constit. Crim. Carol. V. in Foro Saxonico.*
14. *Conatus in hoc facto quomodo puniatur?*
15. *Solon, Plato, Zeno Sodomiam impunitam voluerunt.*

CItatis jam virorum flagitiis, fœmellarum maculas 1.
in medium producimus, cum in aperto sit ac propatulo, multas ex iisdem non modò Quartillæ apud Petronium germanas exstitisse sorores, quæ subinde Junonem suam iratam optabat, si unquam se meminerit virginem fuisse, quoniam infans cum paribus inquinata fuit, juxtim & magis prodeuntibus annis majoribus se pueris applicuit, donec ad consummatam ætatem pervenit; (*add. Benedict. Carpzov. p. m. Prax. Crimin. p. 2. q. 62. n. 69.* producens fœminam vivente marito 107. personis sese prostituentem; quanquam illam demum, quæ plures, quam 23000. homines admiserit, 2.
meretricem appellitet *Gloss. ad c. vidua est. 16. distinct. 34. verb. multorum. Paul. Matth. Wehner. Observat. Pract. verb. Frauen. p. m. 169.*) sed etiam quamplurimas execrabili perversæ Veneris vitio laborasse adeò, ut una alterius formositate capta eandem in uxorem duxerit virilitatem præ se ferendo. Mentionem hujus facit *Plato libr. 1. de LL.* ἀῤῥένων δὲ πρὸς ἀῤῥένας, ἢ θηλειῶν πρὸς θηλείας παρὰ φύσιν. i. e. cum verò masculi cum masculis, aut 3.
cum fœminis fœminæ (sc. copulantur) contra natu-

ram eſt. *add. Text. Rom. 1. v. 26. Gloſſ. in l. Fœdiſſimam.*
20. C. ad L. Jul. de Adulter. Jodoc. Damhouder. prax. crimin.
c. 96. num. 10. Nic. Boër. deciſ. 316. num. 14. Jacob. Me-
noch. de Arbitrar. jud. quæſt. lib. 2. caſ. 286. num. 47. Sitt-
man. Nucl. Inſt. de publ. judic. num. 2. & Nucl. Pandect.
ad L. Jul. de Adulter. pr. Dn. Georg. Adam Struv. Syn-
tagm. Jur. Civil. Ex. 49. θ. 42. Dionyſ. Godofred. in not.
ad L. Fœdiſſimam. 20. & ad L. cum vir nubit. 31. C. ad L.
Jul. de Adulter. Juvenal. Satyr. 6. Jul. Clar. 5. ſentent.
§. fornicatio. verſ. inter mulieres. Vit. Amerbach. in Phocy-
lid. p. m. 108. Anton. Gomez. in l. 80. Tauri. num. 34. Pr.
Conrad. Rubr. de Sodom. num. 4. Carpzov. prax. crmin.
p. 2. quæſt. 76. num. 17. Petr. Theodoric. colleg. crimin. cap.
6. aph. 5. lit. I. Petr. Caball. reſol. crim. caſ. 19. num. 14.
Deteſtandum ſanè facimus ab hiſce inverſis, quæ à ma-
ritis expetantur; ſcamnis, naturaque pati natis ſubje-
ctis, *vid. Stephan. Guazz. de Converſat. Civil. Diſſertat. 5.*
quæſt. 3. p. m. 301. Senec. Epiſt. 96. ad Lucil. p. m. 233. Johann.
4. *Gœdd. ad L. Inter ſtuprum. 101. de Verb. Signif. num. 4.* Nec
eſt, quod denegare quisquam congreſſum hunc, ſimul
ac impoſſibilitatem operis opponere velit, utputa pro-
pter defectum penis, aliorumque membrorum geni-
talium: applicant enim prohibito modo, attrahunt-
que hûc alias corporis partes propriis functionibus à
naturâ deſtinatas. Non obſcurum autumamus mem-
brum illud muliebre, quod à peritis medicinæ clitoris
(la landie) appellitatur, hoc aliquando in ſalacioribus
præſertim mulierculis collum anſerinum & craſſitie &
longitudine æquare, affirmat medicus haud infimæ cer-
tè exiſtimationis *Johann. Riolan. Anatom. cap. 37. p. m. 540.*
concordat cum hoc *Martin. Delrio diſqv. magic. lib. 2. qu.*
22. p. m. 203. Eodem inſtrumento tanquam virgâ ma-
ritali

rítali abuti valent, nec non legitimam viri cohabitationem impedire: sed ne res exemplis egeat, *arg. l.nonnunquam.1.pr.de Præscript.verb.* paucis iisq; ipsissimis *Joh.Riol. l.c.* verbis agamus. Namq; interdum, inquit, mulieres, 5.
quando clitoris excrescit, & extra rimam prominet, sese mutuò fricant & subeunt, cujus rei exempla peti possunt ex *libr.3. peregrinationis Leonis Affricani*, & apud Jurisconsultum *Paponem lib.22.tit.7. Arrest.2.* & *Martialem in Tribadum historiâ Epigramm.91.lib.1. Rananus Dialog.Meretr.* in istas fœminas invehitur. Amynthone, Telesippa, Megæra, Athys, Cydne ancillæ erant Sapphus vatis, quibus ipsa ad libidinem utebatur, eas subagitando more virili, &c. Hæc *Joh.Riolanus*, cui subjungimus Turcicæ rei peritissimum *Busbequ. p.m. 138.* & ex eo *Phil. Camerar. oper. succisiv. cent. 2. cap. 41. p.m. 213.* recensentes de Turcicâ quâdam muliere majore natu, quæ excœcata in balneis amore juvenculæ, filiæ cujusdam incolæ Constantinopolitani, rem molita est, naturæ ductum si sequaris, incredibilem: nimirum cum apud eandem omnia, quæ imprudens libidinis furor efflagitabat, perficere non posset, mutato cultu virũ repræsentans inter mancipia Imperatoris de numero Chiausorum nomen edidit, juxtim & de novo puellæ nuptias ambiit, imò obtinuit, quid? celebravit: Eventus tamen eodem favore incepto respondere noluit; siquidem misera hæc cubitum ire satagens, deposito velamine capitis confestim agnita, ut & per subsequentem sententiam præfecti Gianizarorum profundo submersa justissimas pœnas vesaniæ dedit. Atq; hæc sufficiant de prolatâ hactenus lasciviâ, cujus gratia non tantum se, etiam cum vitæ per vim adversantis periculo, defendere licitũ est, prouti videmus
in exemplo Lusii, Mario ex sorore nepotis, interfecti 6.
ab adolescente Trebonio, cujus pudicitiam violenter

contrectare tentaverit, *Plut. in Rom. Apoph.* ſed & quam
ſemper pœnæ expectaverunt certiſſimæ, *c. Deus Omni-
potens. 25. q. 1. Vit. Amerbach. Interpret. in Phocylid. p.m. 122.*
7. *verb.* παιδὸς δ' εὐμόρφȣ. Nam olim apud Græcos, ſive
adoleſcentulus auſus fuerit amatoris libidinem & pro-
brum in corpore ſuo perpeti, ſive amator probrum in-
ferre adoleſcentulo, neutri utile fuit Spartæ manere:
aut enim patriâ expulſi ſunt, infames per totam vitam;
aut, quod eſt gravius, vitâ privati, *vid. Plutarch. Apoph-
thegm. Lacon. cum Dion. Lambin. Græc. Litt. Lutet. P. P.
Comment. in Præfat. Cornel. Nepot. n. 8. & in vit. Alcibiad.
n. 16. p.m. 56. Gybert. Longol. in dict. Vit. n. 4. Hieron. Ma-*
8. *gius h. l. n. 4. lit. L.* Jure civili infames fiebant, nec pro
aliis poſtulare, nec teſtes eſſe poterant, *l. hunc titulum. 1. §.
removet. 6. d. poſtul. l. teſtium. 3. §. lege Juliâ. 5. in fin. d. teſt.*
imò gladius ultor eos perſequebatur ex L. Juliâ, (quan-
quam jam olim ex L. Scatiniâ hæc pœna capitis indi-
cta fuerat, *Sueton. in Domit. c. 8. Juvenal. ſat. 2. Cic. Phil. 3.
Petr. Theod. in Coll. Crimin. c. 6. aph. 5. lit. L. Aymar. Rivall.
Hiſt. Jur. Civil. lib. 2.* quicquid dicat *Gædd. ad l. 101. de V. S.
n. 9.*) ſive agentes, ſive patientes, (lubenter ſcilicet, a-
liàs procedit *l. iſti. 8. §. quod ſi. 2. ff. quod met. cauſ.* in coa-
ctis: v. g. ſi mas marem, vel mas fœminam; item fœmi-
na fœminam, vel fœmina marem, ad hanc ſodomiam
exercendam violento & humanis viribus non eluсta-
bili modo neceſſitent.) *§. item lex Julia. §. 4. Inſtit. d. publ.
judic. l. cùm vir nubit. 31. C. ad l. Jul. d. adulter.* (quæ lex le-
gi non conſvevit olim, quia de eâ loqui non putabatur
honeſtum, juxta *Bartol. de Saxoferrat. h. l. p.m. 344. Hu-
bert. Giphan. l. 4. Antinom. J. C. Diſp. 49. n. 41. p.m. 295.* vide
tamen reſolutionem ejus ſatis elegantem apud *Jacob.
Ræyardum de Jur. Ambig. lib. 4. c. 20. per tot. p.m. 400.*) *add.*

Socin.

Socin. Jun. lib. 3. consil. 7. n. 3. Joh. Brunneman. ad l. c. 31. Constant. Harmenop. lib. 6. tit. 4. de præt. nat. lasciv. Anton. Gomez. super l. 80. Taur. n. 23. & qui dissentit *Hot. ad §. 4. Inst. de Pub. Jud.* Testamentum itidem eos condere 9.
non posse Dd. communiter volunt, *Tiraquel. in l. si unquam. 8. verb. revertatur. n. 384. C. de revocand. donat. Sim. d. Præt. d. Interpret. ult. vol. l. 2. fol. 4. n. 97. & ex hoc Philipp. Ludovic. Auth. aph. jurid. verb. Sodomia. n. 13.* cùm sodomita ipso jure dominium bonorum suorum perdat, juxta *Gloss. in cap. cùm secundum. verb. naturæ contrarietas. de hæretit. in 6.* quem sequitur *Bermond. de concub. fol. 123. n. 27. Prosp. Farinac. n. 14.* qui tamen statim subjicit *n. 15.* se contrariam sententiam apud se servatam testari posse, *Clar. l. 5. sent. §. Sodomia. n. 6.* qui itidem Senatum declarasse asserit, non esse pro crimine, de jure, impositam confiscationem bonorum, & hanc declarationem apud suos pro lege servandam: quam mitiorem sententiam sequendam quoq; & nos arbitramur cum *Tabor. in add. ad Colleg. Argent. de stupr. §. sodomia. θ. 26. in fin.* Jure ca- 10
nonico, si clerici hoc vitio laborare deprehẽdebantur, dejiciebantur à clero, vel ad agendam pœnitentiam in monasterium detrudebantur, atque etiam peractâ pœnitentiâ suspensi erant ab ordinis executione; & ideò iterum celebrantes fiebant irregulares tali irregularitate, quæ nisi à summo Pontifice remitti non poterat, *Jul. Clar. sent. l. 5. p. m. 78. n. 5. cum Apostill. ad Diaz. pract. crimin. can. c. 8.* Si laici, excommunicationi subdebantur, dominiumque perdebant ipso jure bonorum suorum, & à cœtu fidelium penitus fiebant alieni, *capit. 4. clerici. X. de Excess. Prælator.* Similiter conjugium propter 11.
hoc crimen separabatur, *canon omnes causationes. 32. qu. 7. Lampert. de jur. patron. P. 1. l. 2. quæst. art. 18. in fin.* quia

hoc

hoc delictum multò gravius est adulterio. Quanquam autem propter sodomiam, quam maritus cum aliis exercet, non posse uxorem separari à thoro viri, nisi quando maritus vellet etiam uxorem ad illam trahere, statuat *Florian. ad cap. maritus. X. de adulter.* tamen ejus opinio nunquâm à Canonistis recepa fuit, attestantibus *Panormitan. ad cit. cap. maritus. in fin. Barb. lib. 1. consil. 64.*

12. *n. 8.* Olim & moribus hodiernis Imperii ignis supplicium constitutum fuit, quod vel vivis, vel, ob periculum animæ & desperationem, *Hortens. Cavalcan. part. 4. num. 79. lit. d.* prius strangulatis, subeundum est, *Jodoc. Damhoud. Prax. Crimin. l. c. p. m. 291. num. 25. l. 6. C. Theodos. de Adulter. Bernhard. Scotan. Exam. Jurid. ad l. Jul. de Adulter. q. 10. Prosp. Farinac. de Delict. carn. q. 147. tit. 16. Anton. Bull. & Matth. Stephan. ad Constit. crim. Carol. V. art. 116. verb.* So Mann mit Mann / Weib mit Weib Unkeuschheit treiben / die haben auch das Leben verwürcket / und man soll sie / der gemeinen Gewonheit nach / mit Feuer verbrennen. *Ioh. Iacob. Speidel. Notab. Iurid. hist. polit. verb.* Sodomit. *45.* qui recenset ex *Henric.* Müllers Türckischen *histor. lib. 1. c. 19. fol. 23.* apud Turcas Sodomitam quendam mortuum à Diabolo ablatum fuisse, *Iul. Clar. sentent. l. 5. §. Sodomia. n. 4.* qui ita quoq; ex *Papon. l. 24. tit. 10. Arest. 6.* adducit in Parlamento Parisiensi pronunciatum esse, *Andr. Perneder.* Halsgerichtsordnung *p. m. 9. b. Hortens. Cavalcan. de Brach. Reg. part. cit. d. p. m. 364.* qui hanc pœnam ad lenones domum concedentes extendit, & omnem mulctam pecuniariam ex asse rejicit. De monachis Francisci, quorum magna pars ob hoc flagitium combusta fuit Gand. Flandr. Anno 1578. *vid. Emanuel* von Meteren *Histor. Belgic. lib. 8. p. m. 303.* Tametsi respectu (1) minorennitatis, (2) sexus muliebris pœnam

nam mitigandam eſſe, à Dd. communiter pronunciari
contendant *Georg. Schulz. Synopſ. Inſtit. ad Tit. de pu l. Ju-
dic. lit. L. Socin jun. lib. 3. conſ. 7. in fin.* Jure Saxonico quo- 13.
ad ſpeciem Sodomiæ ab hominibus invicem peractæ à
ſanctione Carolinâ receſſerunt mores in Electora-
li Saxoniæ Scabinatu jam pridem in pronuncian-
do recepti, pœnam gladii dictitantes delinquentibus,
ſecundum *Carpzov. Prax. Crimin. p. 2. q. 76. n. 19. & ſeqq. cum
Matth. Coler. part. 1. Deciſ. 187. n. 1.* quod etiam de Scabina-
tu Jenenſi atteſtatur *Petr. Theodoric. Colleg. Crimin. cap. 6.
aph. 5. lit. L.* Aliter quoq; ſe res habet cum conatu, quan- 14.
do ſcilicet quis in ipſas partes pudendas membrum non
impoſuerit, ſed tantum extra eas ſe polluerit, ubi non
pœna mortis, ſed alia extraordinaria v. g. fuſtigationis
locum habet ; quæ tamen ordinariæ iterùm cedit, ſi
membrum impoſuerit, licet intus ſemen non emiſerit;
*add. Jul. Clar. l. c. n. 1. fin. p. m. 79. a. ibiq; plur. cit. Autor. Hortens.
Cavalcan. l. c. lit. d. cum Jac. Menoch. de Arbitr. jud. qv. caſ.
329. n. 5. p. m. 449.* Hoc tamen adeò rigoroſum animadver- 15.
ſionis genus in hoſce turpiſſimos naturæ perverſores,
eodem teſte *Men. caſ. 286. n. 24. & ſeqq. p. m. 406* non com-
mendaſſent viri alioquin prudentiſſimi Solon & Plato,
qui nefandum hoc vitium non modò pœnis graviſſi-
mis dignum non exiſtimarunt, ſed fœdiſſimè eò ſe oble-
ctarunt, *Plutarch. de Solone in illius vitâ* ſcriptum reliquit,
illum legem tuliſſe, ex ſervis neminem poſſe adoleſcen-
tem deperire. De Platone inquit in illius vitâ *Diogenes
Laërtius*, & ex aliorum ſententiâ teſtatur, illum adamaſ-
ſe Aſterum, Dionem & Phœdrum adoleſcentulos. Ex-
ecratione (non riſu cum *Menoch. l. c. n. 27.*) dignum eſt,
quod Idem *Laërtius* in vitâ Zenonis Citienſis ſcribit:
ait Zenonem ſemel cum ancillâ, bis cum pueris coiviſſe,
ne utrumq; ſexum odiſſe videretur. *add. huj. c. 2. θ. 1. n. 11.*

THESIS III.

1. Sodomia præpostera à mulieribus cum viris, vel à viris cum mulieribus commissa.

2. Hujus sceleris pœna.

3. Hoc abominabile crimen à Diabolo cum Lamiis perpetratum.

4. Sodomia viri cum uxore mortuâ, & uxoris cum viri cadavere.

5. Ejus pœna ex jure civili & statutario.

6. Abusus veneris in diverso sexu & membro.

7. Sententia Scabin. Lipsiens. in casu sodomitico horrendo.

8. Tiberii execrabilis lascivia.

9. Mastuprationis & fricationis occultum nefas.

10. Horum delictorum pœna mitior.

11. Nonnunquam exasperatur, respectu potissimum frictionis.

12. Consensus in hoc Thomæ Angli.

13. Simon van Leeven hoc scelus impunè committi posse arbitratus est.

14. Profusio seminis per medicamenta producta non probanda.

15. Coitio cum seipso nonnunquam morbus per incantationes conciliatus.

16. Alius actus sodomiticus, de quo remissivè.

17. Conclusio capitis cum denegatione effectus vitalis per huncce congressum adipiscendi.

1. REjicimus insuper tertiô à definitione nostra alias non minoris sodomiæ notas, videlicet si cum propriâ uxore venus exerceatur præpostera, *Dec. in l. si qua muller. n. 9. C. de secund. Nupt. Lud. de Peguer. decis. 72. per tot. Beust. de Matrim. c. 7. Ægid. Boss. in tit. de Stupr. detest. n. 2. Firmian. in repert. verb. sodomita vers. 7.* aut, uti *Th. præced. 2. n.* 8. u-

8. uxor marito vim præposteram intentet, (utut hoc, sed absque ullâ ratione, neget *Ludovic. Clæp. in Dissert. de Crimin. Sodom. θ. 4. §. 1.)* cujus gratia itidem matrimonium separatur, *c. 7. omnes causationes. 32. q. 7.* (quod tamen non probari ab *Innocent. & Florian. ad c. 4. maritis. extr. de Adulter.* dicit *Jul. Clar. l. c. n. 6.* Quemadmodum si maritus 2.
sodomiam cum aliis exercuerit, suamque conjugem ad hanc libidinem non solicitarit, *add. Th. præc. n. 11.)* gladio quoque communiter sopitur, *Petr. Theodor. Colleg. Criminal. cap. 6. aph. 5. lit. R. Matth. Coler. Decis. 187. per tot. Johann. Coppen. 2. th. 127. n. 4.* ignem tamen etiam adhiberi vult, sæpeque ita pronunciatum refert *Jul. Clar. l. c. n. 2. p. m. 78. cum Anton. Gomes. super L. 80. Tauri. n. 33.* qui dicit in oppido Talaverræ combustum fuisse quendam, qui propriam uxorem contra naturam carnaliter cognoverat.
Cœterum hanc perversitatem etiam cum Iamiis Italiæ, 3.
quos Dusios Galli vocant, *Augustin. de Civitat. Dei lib. 15. c. 22. Fr. Jacob. Sprenger. Mall. Malefic. part. 1. quæst. 3. p. m. 31.* peragere dicunt ex *Sylvestr. Prier. de Strigomag. & Anan. Libr. 4. de Natur. Dæmon. Martin. Delrio Disquisit. Magic. Libr. 2. q. 15. p. m. 1645. Andr. Victorell. in addit. ad Francisc. Tolet. summ. cas. conscient. lib. 5. cap. 13. in fin. p. m. 709.* ac judices de his inquirere posse, comburereque nocentes asserit ex *Ludovic. Carer. in repet. ad L. 2. C. Quor. appellat. non recip. n. 43. Jodoc. Damboud. l. c.* Quamvis de hoc vitio contra naturam extraque vas debitum nusquam legi contendat *Jacob. Sprenger. Mall. Malefic. part. 1. quæst. 3. p. m. 40.* Huc re- 4.
fer, si uxor mortua cognoscatur *Mejer. in Colleg. Arg. tit. de Stupr. §. Sodomia. th. 26. p. m. 607.* vel si quæ mulier demortui masculi virilia fricet, *Ludov. Clæp. l. c. §. 5.* Prioris sceleris exemplum videmus in Sigismundo Malatesta, qui non exiguæ parti Æmuliæ imperitavit, quæ nunc

 est Ro-

eſt Romaniola; hic incenſus formâ cujusdam Teutonicæ matronæ, Romam è terrâ Germanicâ proficiſcentis, piaculorum gratiâ, utque Divorum templa Petri & Pauli viſitaret, eam ſuos per fines iter facientem aggreſſus, nullâ cum ratione vivæ afferre vim poſſet, jugulavit, jugulatamque cognovit, *Johann. Jovian. Pontan. Tom. 1. libr. de Immanit. cap. 17. p. m. 968.* licet juſtiſſimo divinæ Majeſtatis judicio idem Malateſta, monente eodem *Johann. Jovian. Pontan. l. c.* à filio ſuo Roberto, cui ſtuprum inferre conabatur, ſtricto pugione interfectus
5. fuerit. Hoc certè flagitium graviter puniendum venit tanquam contrectatio cadaveris, & alterius corporis violatio, *arg. L. Rei ſepulchrorum. 11. de Sepulchr. violat. Mejer. in Colleg. Argent. tit. de ſtupr. §. Sodomia. th. 26. p. m. 607.* quare ſi hujusmodi fuerint vilioris conditionis perſonæ, ultimo ſupplicio afficiantur; ſin verò honeſtioris, in inſulam deportentur, vel relegentur, aut in metallum damnentur. Sed hoc ſecundum jus civile tantum procedit, qvum alio & præſertim Saxonico jure gladio promiſcuè puniantur, *add. Jodoc. Dambouder. l. c. p. m. 293. n. 30. & ſeqq. add. Nicol. Boër. Deciſ. 316. n. 15. Georg. Schulz. Aſſeſſ. Facult. Witteberg. Synopſ. Inſtit. ad Tit. de Publ. Judic. lit. L. p. m. 685. Jul. Clar. Philipp. Hiſpan. Reg. Conſiliar. ſuprem. libr. 5. ſentent. §. fornicatio. n. 28. Conſultat. Conſtit. Saxonic. Tom. 1. part. 4. quæſt. 68. Conſtit. Auguſt. part. 4. p. m. 85. b. Conſtit. 25. verb.* Die ſo mit verſtorbenen Weibs-Perſonen zu thun haben/ da ſie gleich noch nicht begraben/ vielmehr wenn ſie zur Erden beſtätiget/ und zu ſolchen Fürnehmen wieder auffgegraben werden / ſolcher unmenſchlicher Mißhandlung wegen mit dem Schwerdt vom Leben zum Tode geſtrafft werden
6. ſollen. Porrò contingit, verbis utor laudati *Jodoc. Dambouder. l. c.* in diverſo etiam ſexu abuti venere: idque rurſus

ſus bifariam , aut non in membro debito , aut non
modo debito : quomodo verò hi duo noviſſimi
modi peragantur , non eſt noſtrum hic velle ex-
plicare. Turpiores enim ſunt & deteſtabiliores, quàm
ut cuivis pio lectori committi debeant *add. Farinac. de
delict. carn. q.148.tit.16.per tot. Tiber. Decian. vol.3.conſ.83.n.1.
Angel. Aret. de maleſ. verb. che hai adultera la mia donna. n.14.*
Conſentit *B. Auguſtin. in c. adulterii. 11. 32. q.7.* adulterii ma-
lum , innuens, vincit fornicationem, vincitur autem in-
ceſtu, ſed omnium horum eſt peſſimum, quod contra
naturam fit, ut ſi vir membro mulieris non ad hoc con-
ceſſo uti voluerit &c. Quemadmodum etiam pœnam 7.
gladii dictarunt Scabini Lipſienſes marito exercenti,
venerem in os uxoris, nec non ipſi uxori maritum ad-
mittenti, & ore ſemen exigenti, ad requiſitionem Quæ-
ſtoris Dresdanſis M. Majo Anno 1562. prouti refert.
Dn. Benedictus Carpzov. p.m. prax. crimin. part. 2. quæſt. 76. n.
26. Aliud exemplum ex C. *Svetonii Tranquilli libr. de
Vit. Tiber. cap. 44. p.m. 116.* refert *Johann. Jovian. Pontan. l.c.
p.m. 970.* de Tiberio natante in piſcinis , ad id ipſum fa-
ctis, inter puerorum greges ; deque pueris ipſis, natan-
tis ejus inter fœminas verſantibus , linguaque ac morſi-
unculis ſenſim appetentibus, & quaſi infantes firmiores,
nec dum tamen à lacte depulſi, inguini ceu papillæ ad-
motis, ut in piſcibus hominum quidem partes pueri ipſi
exercerent, in hominibus verò piſcium. Quartò quo- 9.
que nec quicquam loci hîc merentur flagitioſi ac famoſi
maſtupratores, tribadesq; , qui , quæve, contra naturæ
ordinem, libidinem exercent in proprio corpore, intel-
ligo autem tàm mares , quàm fœminas, *vid. Firm. in re-
pert. verb. Sodomita. n.1. & verb. ſtuprum. 18. Joh. Riolan. A-
natom. c. 35. ex Vejal. lib. de Chym.* Animadvertitur in hoſce 10.

(licet ſodomiam propriè ſic dictam non committere e-
os, ſtatuant *Carpzov. l.c.n.11. Petr. Caball. reſolut. crimin. caſ.
286. num.30.* quibus contradicere videntur *Petr. Theodo-
ric. l.c.n.32. Bonacas. Tract. qq. crim. verb. ſodomia. in fin.)* rele-
gatione, aut aliâ pœnâ extraordinariâ, ſi ad notitiam
judicis pervenerit, *Jodoc. Damhouder. l.c.n.6.p.m. 289. Joh.
Sittman. Nucl. Inſtit. n.2. qv.76.n.14.* Quemadmodum ita in
facti contingentiâ mulieris fricticis, judicatum fuiſſe re-
fert in civitate Granatæ *Anton. Gomez. ſup. l.80. Tauri. n.34.*
imò fuſtigationem, circumſtantiis ita ſingulariter exi-
gentibus, dictatam, ſe meminiſſe innuit *Dn. Georg. Adam.
Struv. Anteceſſ. Jenenſ. Syntagm. Jur. Civ. Exerc. 44. th. 41.*
11. Modò ſecundum Eundem *Gomez. l.c.* ſimplex interve-
nerit frictio; aliàs ſi quando duæ ſimul coëunt, impo-
nendo aliquod inſtrumentum materiale, puta ligneum
vel vitreum, vera ſodomia videtur commiſſa, atque
punienda ſecundum tenorem *in th. præced.* propoſitum:
Hinc moniales quasdam, quæ ita ſimul coierant com-
buſtas fuiſſe, *Idem Gomez* refert: conſentiunt *Proſp. Fari-
nac. q.148.n.41.p.m.712. Jul. Clar. l.5. ſent. §. formicatio. 6.n.28.p.
12. m.27.* Inclinat in hanc ſententiam quoque *Thom. Angl. in
Stater. Mor. Exam. 2. Trutinat. 9. §. 4. p.m.182. in verb.* Triba-
dum exercitium infame ad eandem nequitiam reduci-
tur, ſed olet Sodomiam; quæ mollitiem excedit; &
quod cum majori voluptate perficiatur, unde tenacior
evadit, & quod extendat ſe ad Conſortem; & tandem,
quod vilificet naturam patientis per unum deterioris ſe-
xus; quæ omnia Tribadum nequitiæ conveniunt, quæ
fœmineũ ſexũ non nobiliori, ſed pari ſubjiciunt, & pro
13. inferiori abutuntur. His adde ſcelus Onaniticum, cu-
jus etiam mentionem facit *Geneſ. cap. 38.* hoc peccatum
eſſe, ipſo adulterio gravius, diſputare rectè Scholaſti-
cas ſe-

cos affirmat *Johann.Gerhard.Tom. VII. de Conjug.n.487.* ut-
ut citato modo delinquentes neque legibus, neque mo-
ribus pœnam incurrere, blateret *Simon van Leeven. Cen-
sur. Forens. in fin. cap. 28. Lib. 5.* Simile ferè pronunciandum, 14.
qvum medicamentis ſeminis profuſio excitatur. Nam
& hos ad minimum in foro conſcientiæ teneri ſtatui-
mus, qvia media hæc, quæ adhibentur, ſunt illicita,
quamvis fortaſſis conducant ad ſanitatem, vitæqve ſin-
ceritatem impetrandam: exceptionem tamen vide a-
pud *Johann. de Dicaſtill de Juſtit. & Jur. libr. 1. Diſp. 3. Dub. 20.
20. p. m. 97. b.* Etiamſi quoque per maleficia illud conci- 15.
liari queat, ut non poſſint ejusmodi ſcelere abſtinere,
prouti exemplum pauperis in civitate Confluentiæ
producit *Jacob. Sprenger. Mall. Malefic. part. 2. qvæſt. 2. cap.
1. p. m. 271.* Ille enim in præſentiâ uxoris omnem actum
venereum, prouti viri cum mulieribus agere ſolent,
etiam repetitis vicibus per ſe exercuit, nec ab illo ad
inſtantiam & ejulatum mulieris averti potuit, cum ta-
men nulla perſona corporali viſu ei cerneretur ſuc-
cumbere, fiebatq; ut miſer ille poſt diutinas hujusce-
modi vexationes colliſus in terram omnibus viribus
deſtitueretur. Mentionem deniquefacit *Petr. Caball.* 16.
reſol. crim. 16. alterius alicujus enormiſſimi & fœdiſſimi
coitus, qui ob ſummam ejus obſcœnitatem tam clarum
non patitur ſermonem, à quo legentium aures offen-
dantur, quocirca ad eundem L.B. ablegarum volumus.
Haſce ergo impotentiæ ſpecies incidenter tantum de- 17.
libavimus, quoniam eis denegatur effectus producen-
di partum aliquem vitalem, ſive jam ille monſtroſus ſit,
uti infra *cap. 4. th. 1.* ſive inceſtuoſus, uti *cap. 8. & ſeqq.*
præſertim cum deficiant organa atque vaſa, ratione
quorum dici queat, potentiam naturaliter ineſſe de-
bitam

bitam impediri: Siquidem impotens mihi ſemper reſpectum ad alium importat, quamvis non magni æſtimemus, an ille reſpectus ſe ad omnem perſonam extendat, an verò in uno certo atque ſingulari ſubjecto determinetur, quod accidiſſe ubivis in maleficiatis claret & apparet.

CAPUT TERTIUM.

PERTRACTAT IMPOTENTIÆ CONJUGALIS CAUSAS TAM EXTERNAS, EFFICIENTEM SCILICET ET FINALEM; QUAM INTERNAS, MATERIAM ET FORMAM.

THESIS I.

1. *Cauſa impotentiæ prima eſt partium genitalium inter ſe minus correſpondens aptitudo.*
2. *Hæc oritur tàm à naturæ exuberantiâ, quam defectu.*
3. *Exemplum defectus naturalis ex Hoſtienſi.*
4. *Ocularis inſpectio medicorum hîc maximè neceſſaria.*
5. *Hæc ineptitudo oriri poteſt etiam ex frigiditate, ſiccitate, pinguedine, &c.*
6. *Non tamen matrimonium reſcindendum ob lepram, furorem vel morbum ſontieum ſupervenientem.*
7. *Cauſa impotentiæ ſecunda eſt hominum nequitia.*
8. *Eaque vel violenter partes genitales annihilat.*
9. *Vel per veneficium aufſert, abſcondit & inhabiles reddit.*
10. *Sententia Bodini quoad hocce ſcelus, ſex crimina tacitè ſecum involvens.*
11. *Mulieres ſæpius caſtratæ fuerunt.*

12. Lydi-

12. Lydi primi mulierum sectores.
13.14. Duæ objectiones ex relatione Riolani.
15. Rejiciuntur & refutantur.
16. 17. 18. 19. 20. 21. Supplicia & pœnæ castrantium & voluntariè castratorum ex jure civili.
22. Correctio ab Imperatore Justiniano rem circa hanc introducta.
23. Pœna talionis adversus castratores olim in usu.
24. Animadversio ex Jure Imp. Leonis.
25. Adulterii olim castrati;
26. Judicium Bodini de pœna eorum, qui per maleficium actum conjugalem impediunt.
27. Singularis pœna adulterarum apud Græcos.
28. Impotentia ad sui defensionem alteri conciliata.
29. Causa Impot. tertia est legis sanctio.

OFferunt se causæ hujus impotentiæ, qvas quantum in nobis erit, breviter illustraturi sumus, initium capientes *ab Efficiente*, quam triplicem esse dicimus. 1.
Contingit namque sœpè numero, ut ejuscemodi personæ matrimonio jungantur, quæ vel ob ætatem impuberem vel aliam ob causam quoad partes generationi dedicatas sibi haud aptè respondeant, & has naturaliter impotentes vocamus, respectu ubique habito ad subjectum illud, ratione cujus nimia membri magnitudo, angustiaque intercedit, *vid. Wehner. Cons. Franc. 40. Iohann. Gerhard. Loc. Theolog. de Conjug. n. 689.* Naturæ autem hoc loco intelleximus tàm perfectitudinem, quàm 2.
infirmitatem; Sic *Paul. Cypr. de Iur. Connub. cap. 9. n 7. p. m. 311. Raup. Bibliothec. portat. Libr. 2. part 5. Loc. de Conjug. p. 2. q. 6. p. m. 240.* allegant *Heinric. Cardinal. Hostiens. ad c. 1. accepisti. vers. si autem extr. de frigid. & Malefic. p. m. 226. a.* qui vi- 3.

 dit

dit quendam habentem virilia instar verrucæ, quam porrum vocamus, *Iohann. Andr. ad d. c. 1. accipisti. p.m. 29.*

4. *a.* Et testes instar cicerum: (quamvis sedulò judex caveat, ne hisce in casibus inspectio oculata omittatur; possunt enim quandoque secundum eundem *Heinric. Cardinal. Hostiens. l. c.* qui de coram factis in civitate Diensi attestatur, membrum retrahere, & in modum anima-

5. lium longissimum emittere.) Meritò igitur hic tàm frigiditatem, quam siccitatem, pinguedinem aliaque vitia *Matth. 19. v. 12.* congressum conjugalem impedientia, & insimul per industriam medicorum incurabilia ibidem retulimus, *Ioseph. Mascard. de Probation. vol. 2. conclus. 889. num. 11. Bernhard. Scotan. Professſ. Leyd. Exam.*

6. *Iuridic. ad Tit. de Rit. Nupt. q. 2.* minime tamen per hoc concedentes novas societates ejuscemodi personis, quibus vel ob lepram, vel ob furorem, aliumque morbum sonticum unâ eademque mensâ & habitatione interdictum, tametsi contrarium defendat *Sacer. Libell. de*

7. *Caus. Matrimon.* Secundam impedimenti conjugalis occasionem hominum nequitiæ attribuere libet, quæ ab exiguis quidem profecta initiis in tantum progressus suo tempore fecit, ut magnitudine demum labora-

8. verit. Conficiebantur enim per genitalium membrorum attritionem tot imbecillorum examina, ut ubili-

9. bet omnia lasciviis in urbe replerent. Aggravabat delictum, juxtim & negotium facessebat majus iniquissima veneficorum ac maleficorum caterva, quæ omni adversa bono partim herbarum succis, *Michael Sect. li-*

10. *bell. de Secret. Natur. cap. 14.* verborumque incantamentis; partim occlusione claustri novissimi ac ligatione ligularum superstitiosâ haud parum incommodi co-

11. pulatis accelerabat. Acriter hosce maleficos perstringit

stringit *Bodin. in Dæmonoman. lib. 4. cap. 5. p. m. 396. in verb.* Sed alii quoque sunt magi, de quibus *libr. 2.* egimus, non perinde quidem detestandi, sed tamen actionibus diabolicis cum Diabolo communicant. Ejusmodi sunt, qui nodant ligulas damnabili scelere: ex quibus etsi nonnulli sunt, qui hoc sine expressâ conventione aut societate cum Diabolo initâ faciunt, actio nihilominus est Diabolica, & supplicio capitali digna. Nam quisquis artem illam colit, DEI legem omninò ac naturam violat, impediens effectum matrimonii, quem Lex DEI imperat: cùm hâc de causâ aut matrimonia solvi oporteat, aut sine prole convivere, quod planè est sacrilegum. Neque verò negari potest, qvin sit homicida: Tàm enim homicida est, qui liberorum procreationem impedit, quàm qui alium jugulat. Tertiò mutuam matrimonii amicitiam tollit, sanctissimum naturæ & societatis humanæ vinculum, odiumque Vatinianum affert. Qvarto eodem momento fit ista notatio, quo sanctas voces minister pronunciat, & dum quique debet ad DEUM attendere, nodator voces interserit mysteria diabolica, impietate execranda. Qvinto causam affert scortationibus & adulteriis ex eo consequentibus: nodati enim cùm simul versantur utuntur cupiditatibus & ruunt in adulteria. Sextò multæ eam ob causam committuntur cædes hominum, à quibus id procurari suspicio est, quamvis ne in mente quidem habuerint. Hæc igitur quinque aut sex crimina nodatores perpetrant, quæ modo annotavimus, ut judices (quorum autoritate saccularii vel crumenisecæ suspenduntur) istud capitale scelus non sinant impunè effugere &c. Hactenus *Bodinus*. Qvin & huc perventum erat luxuriæ, ut mulieres quoque castrarentur

& inciderentur, veluti infert ex *Johann. Brod. miſcell. Lib.*
5. cap. 3. Conrad. Rittershuſ. ad §. 5. Inſtit. de Publ. Judic. item ex
Alciat. in L. Spadonum 128 de verb. Signif. & 4. Antiqv. Lect. c.
12. *10. Heinric. Kornmann. de Jur. Virgin. cap. 116 p. m. 298.* & te-
ſtimonio Clearchi de Lydis, eorumque primo Rege
Andramyte, primis mulierum ſectoribus confirmant
Itter. Synopſ. Philoſoph. Moral. Libr. 3. cap. 3. ἐκθ. §. 10. Xant.
Rer. Lydar. lib. 2. Athen. Dipnoſoph. libr. 12. cap. 12. Petr. Gre-
13. *gor. Tholoſan. Syntagm. Jur. Univerſ. libr. 7. cap. 2. n. 20.* Non
obicem ponit relationi noſtræ *Johann. Riolan. Anatom.*
cap. 35. p. m. 539. qvum aſſerit *Daleſchampium in not. ad lib. 17.*
Athen. veterem fœminarum caſtrationem ſic interpre-
taſſe, qvod quemadmodum infibulatis naturalibus e-
qvæ, quas concipere & parere nolunt, cuſtodiuntur,
per ferreos nempe circulos ordine trajectos, quibus il-
14. læ ipſæ libidinis partes occluduntur; ita etiam uxores
olim conſervatæ fuerint: poſſet hanc ſententiam inſu-
per confirmare, qvod recenſentibus eodem *Johann.*
Riolan. l. c. Paul. Cypr. de Sponſalib. cap. 13. n. 3. p. m. 506. cum
Petr. Bemb. Hiſtor. Venet. libr. 6. moris erat apud nigro-
rum nationem, quæ hymeni, utpote fragili labilique ſe-
pimento minus confiſa, validioribus certioribusq; præ-
ſidiis filiarum virginalia munire aſſolebat: etenim puel-
lis, ubi primum natæ erant, pudenda conſuebant, ſed
ita, ut urinæ liberior meatus non interciperetur; illæ
autem ubi adoleverant, ſic conſutæ nuptum dabantur,
ſponſoque ea relinquebatur ac incumbebat cura, ut fer-
ro conglutinata cervicis labra ſecaret divideretque.
15. Verum hæc opinio, cum contra communem rectè ſta-
tuentium affirmationem militet, tantumque analogi-
am qvandam veræ ac propriè dictæ caſtrationis ſecum
trahat, non immeritò tanqvam nos non ſtringens à no-
bis re-

bis relinquitur. Cœterum ſeverè ſemper in hoſce ſe- 16.
cantes animadverſum fuit, id quod atteſtantur leges,
quæ copioſiſſimè ad compeſcendum ſcelus prolatæ re-
periuntur: poteſt namque civiliter agi primò ex *l. ſi ſer-*
vus 27. §. Et ſi puerum 28. Ad leg. Aqvil. injuriarum; Secun-
dò ex edicto Ædilium, quia morboſus eſt evnuchus, *l.* 17.
Sin autem 7. L. Ædiles. 38. §. ſed enim. 7. de Ædilit. Edict. quan-
quam ſecus ſe res habeat in aliis animantibus *l. c. 38. §. 7.*
h. t. tertiò in quadruplum ex LL. XII. Tabb. ſcilicet a- 18.
ctione in factum, *Gloſſ. ad c. l. 27. §. 28. ad Leg. Aquil. verb. in*
quadruplum. Aliæ etiam actiones ſuperſunt, ſi quis quar- 19.
tò criminaliter crimen proſequi velit: Siquidem ex
conſtitutione Imperatorum Domitiani & Hadriani,
vid. Svetan. in Vit. Domitian. Si ſervus fuerat, qui caſtratos
fecerat, morte plectebatur; Sin liber, præter exantla-
tam pœnam *l. Cornel. de Sicar.* bonis privabatur, violenter
autem caſtratus conſeqvebatur libertatem, *Novell. 142.*
Similiter hoc judicium tanquam ſpeciale aliqvod con- 20
tra præceptum *L. Abſentem. 5. de Pœn.* in abſentes exer-
cebatur, & qui neglectâ ſanctione hâc ſponte ſe exci-
dendos præbuerant, unâ cum medicis, qui excide-
rant, thlibiasque reddiderant, capitale ſupplicium
ſubire cogebantur. Neque impunè ferebat patra- 21.
tum, qui ſervum ſuum caſtrandum tradebat, quia ei-
dem leges dimidiam facultatum partem, quæ fiſco ap-
plicabatur, detrahebant, *l. lege. 4. § idem 2. l. Hi quoque. 5.*
l. Jus qvi 6. ad L. Cornel. de Sicar. t. t. C. de Enuch. Alio tempo- 22.
re hunc puniendi modum D. Juſtinianus ſuſtulit, ſanci-
vitqve; ut qui quamcunque perſonam caſtrare præ-
ſumſerit, ſi quidem viri ſint, hoc qvod aliis fecerunt, &
ipſi patiantur, & ſi incolumes evaſerint, tam bona eo-
rum addicantur fiſco, quam ipſi mittantur in inſulam;

Eâdem

Eâdem fermè ratione se res habet cum fœminis, aliisque qui ad hoc mandatum dederint, obtulerintque personas; aut etiam domos, vel locum aliqvem ad hoc præbuerint, sive viri sint, sive fœminæ, utpote qui injustæ hujus actionis testes facti sunt, *Novell. 142. cap. 1. & 2. arg. l. Nihil. 15. ad l. Cornel. de Sicar. arg. l. qvi domum. 8. ad l.*
23. *Jul. de Adulter. Novell. Leon. 60.* Consimilis pœna talionis legitur apud *Philipp. Camerar. part. 1. oper. succisiv. c. 99.* ubi Hermotimus sectorem suum Panionium coegit propriis quatuor filiis genitalia rescindere, qvod cum coactus fecisset, filii iterum patris virilia resecare adacti sunt. Hunc tamen retaliandi modum rursus suo tem-
24 pore antiquavit *Imperator Leo nov. 60.* in quâ decretum, ut qui detestandæ hujus artis artificem ad castrandum advocavit, si in albo Imperatoris famulatus fuerit, primum albo eximatur, ac deinde decem auri libris in fiscum deferendis mulctatus in decennium relegetur, malæ verò istius artis artifex & ipse primum flagris cuteque tenus tonsione deformetur, & posteà bonis pri-
25. vatus eodem temporis spatio patriâ exulet. In specie, quoad ligantes ligulas, pœnam adhuc hodiè sat gravem imponendam censet *Bodin. tit. Dæmon. p. m. 397. lib. 4. cap. 5.* Cum itaque, inquiens, hoc crimen pullulet, atqve hæc Magorum principia & fundamenta sint, omninò capitali pœnâ in istud crimen (quod ex diametro legi Dei & Naturæ adversatur) oportet animadvertere. Qvod si quis, dum nodare cæpit, in facto deprehendatur, aut nodationem fecisse comperiatur, sed eò irritam, quod timentes DEI notari nequeant, is flagris primum ferroque candente dignus est. Si enim is, qui venenum miscuit, quamvis consilium non adsequatur, tenetur homicidarum subire pœnas, ut Lex diser-

ſertè doctorumque judicia ſtatuunt: ſi vir cum veneno
deprehenſus, aut illud emiſſe aut vendidiſſe compertus,
in eandem pœnam condemnatur: ſi denique is,
qui monialis attentat pudicitiam, licet re infectâ, damnatur
ad mortem, quibus tamen in rebus eſt crimen
unicum: certè multò æquius eſt, ne datores iſtos, qui facultatem
ſuam eò contulerunt, ut genituram averterent,
gravius, quàm flagris caſtigari, cùm maxima ſit
criminis atrocitas, & Doctores uno ore ſtatuant conatum
licet irritum in atrocibus maleficiis capitali pœnâ
plectendum eſſe: adeoque ſtudium & voluntatem (ut
ferè obſervatur) capitalem eſſe in læſæ Majeſtatis crimine.
Nunc igitur læſæ Majeſtatis divinæ crimen eſſe
demonſtravimus, cùm ſacramenta aut preces ſacræ
carminibus Diabolicis inſpurcantur: licet in aliis criminibus
conatuum minor ſit quam effecti pœna. Sed
hæc omnia interpreteris velim de caſtratione, quam ob
lucrum ſecundum ante monita committit petulans
mortalitatis caterva: Reperimus namque omnibus
Mercurii Athenienſis ſtatuis unà nocte laſcivem turbam
membra obſcœna abripuiſſe, quod fortaſſis tanquam
crimen læſæ Majeſtatis divinæ proſecutum fuit,
*vid. Dyonyſ. Lambin. in Vit. Alcibiad. à Corn. Nepot.
conſcr. n. 22. p. 57. a.* Imò patet, adulteris etiam (uno nimi 26.
rum crimine tria non parva ſcelera perpetrantibus, injuriam
ſcilicet, corruptelam & liberorum confuſionem)
virilia fuiſſe amputata, quemadmodum exempla
profert de Bibieno, qui Carbonem Actienum; & Pub.
Cernio, qui Pontium Adulteros hoc modo puniverunt,
Valer. Max. Libr. 6. cap. 1. addantur *Diodor. Sicul. libr. 2. cap. 3.
Martial. libr. 2. Epigrammat. 60. Horat. libr. 1. Serm. Satyr. 2. &
ex his Paul. Cypr. de Sponſalib. cap. 9. n. 2. Johann. Mannlii loc.*

Com-

Commun. Colleg. ad sext. Præcept. Tit. de Adult. &c. p. m. 184. Dn. Benedict. Carpzov. Prax. Crimin. part. 2. Quæst. 51. n. 17. & seqq. qvi & *ibidem n. 19. & Quæst. 53. n. 11. ex Suid. & Juvenal.*
27. *Satyr. 10.* Placidarum Atticæ regionis populorum animadversionem, quæ similiter quasi impotentiam secum apportat, induxit: qvippe apud hoc adulteræ ignominiosas pœnas dabant, impactis in pudendam corporis partem raphanis, qui apud illos miræ magnitudinis esse dicebantur, quod si raphani defuissent, stelo utebantur, hoc est ligonis ligno, &c. hæc *Carpzovius.* Sic impunè quondam ancilla cultu abripuit genitalia juveni stuprum per vim inferre conanti, *Heinric. Bocer.*
28. *Class. 3. Disp. 4. th. 45.* Tertiam impotentiæ causam legibus adscribere placet, quia hæc certo modo hominum commistionibus limites præscripserunt, intantum, ut vir respectu qvarundam personarum habeatur infirmus cum eas attingere carnaliter non valeat, *arg. l. Qui contra 4. C. de Incest. Nupt.*

Thesis II.

1. Prima intentio eorum, qui impotentes reddunt, est sobolis impeditio.

2. Exemplum in Fratre Ludovici Regis Galliæ.

3. Altera causa liberum libidinis exercitium.

4. Ancillæ incautæ ab impostore quodam deceptæ.

5. Tertius finis lucrum castrantium.

6. Quarta ratio, apud Barbaros usitata, quo saginentur eunuchi.

7. Quinta cultus divinus & reverentia magistratus.

8. Sexta evitatio suspicionis adulterii.

9. Septima dulcedo cantus.

10. Octava,

10. *Octava, eaque Impotentiæ fictæ propria, conſervatio reverentiæ inter homines.*
11. 12. 13. *Impotentiæ conjugalis materia in quâ, ex quâ & circa quam.*
14. *Cauſa Impotentiæ Formalis.*

F*Inis* in hoc negotio perinde, varius eſt: Intende- 1.
batur enim *primò* ſolum coitus impedimentum, ver-
bi gratia in ſucceſſionibus, quando ab unâ familiâ,
cui propter generandi impotentiam ſpes ſobolis clan-
culum eo modo adempta eſt, largior hæreditas in alte-
rum transfertur, id quod non ſemel atque iterum at-
tentatum eſſe, fides hiſtoriarum, quam ſponte hic ſup-
primimus, nos edocet, *vid. Martin. Delrio Disquiſit. Ma-
gic. Libr. 13. p. 1. quæſt. 3. ſect. 2. p. m. 397. & Sebaſtian. Franck.* 2.
Chronic. German. p. m. 298. ubi de Ludovico Rege Galliæ,
fratrem Argentoratenſium præfectum ex eadem ratio-
ne caſtrante multus eſt. *Deinde* quærebatur hoc opere 3.
liberum libidinis exercitium, ad quod, ut honeſtius ſu-
perintegeretur, ejuscemodi ſubjectis indigebant, quæ
citra effectum inter viros paterentur probrum, quid?
quod inter fœminas absque læſione pudoris externâ
facerent, *Conrad. Rittershuſ. ad §. 1. Inſtit. de Publ. Judic.*
Egregia (profecto) mulierum pudicitia, atque tot au-
torum ſcriptis celebrata (ſi Diis placet) maritorum fuga: 4.
præoptandum equidem, ut idem in eas fabaginum
genus majori crebritate recuſum fuiſſet, quod tradente
*Magnif. Dn. Guerner. Rolfinc. Philoſ. & Medic. D. in Or-
dinat. & Method. generat. dicat. part. cap. 1. part. 1. p. m. 29.*
in ancillas quasdam non conjugatas, quæ circumfora-
neum quendam in magno honore habebant, quod in
venereo duello ſe ſtrenuum exhibere poſſet militem,

& tamen, cum testes intus laterent, eunuchus appar e-
ret ; spem concipiebant mulierculæ, illum sic fore
sterilem, neque se impraegnatum iri, ast non ita multò
post, cum uterus excresceret, eventus eundem probè
5. valentem viribus fuisse comprobavit. *Tertius* debili-
tandi finis lucrum persequebatur, quod malevoli hi
subsecantes captare assolebant : Nam semper majori
pretio vendebantur castrati, quam alij servi, (quos uti
olim, ita & nunc, Turcæ, Persæ aliique populi mulie-
ribus minus confidentes, custodiæ loco adhibere sole-
bant,) quod clarum est ex *L. si duobus. 3. pr. C. Commun.*
de Legat. L. Si servus. 27. §. Etsi. 28. ad Leg. Aquil. L. In
communes. 1. §. ne autem. 5. vers. Sin vero. C. de Commun. Serv.
Manumitt. L. Interdum. 16. §. species. 7. de Publican. & Ve-
ctigal. Novell. 142. cap. 1. Novell. Leon. 60. Paul. Cypr. de
Sponsal. num. 32. Philipp. Camerar. Oper. Succisiv. cent. 1. cap.
99. p. m. 498. ubi eunuchus minor decem annis usqve
ad triginta ; major verò usque ad qvinqvaginta :
Sin autem artifex fuerit, usque ad septuaginta solidos
6. valuit. *Quarta* enervandi ratio, eaque certè plus
quam belluina, consistebat in hoc, ut eo felicius sagi-
nari, escamqve lautiorem mactati eunuchi præbere
possent, qvemadmodum hoc fecerunt Canibali, Inco-
læ S. Crucis Americanæ, apud quos suo tempore Chri-
stophorus Columbus quosdam pueros ad hasce epulas
destinatos exsectosqve invenit, *vid. Eberhard. Schultes.*
Manual. Geograph. Descript. Americ. sect. 2. cap. 1. p. m. 495.
7. *Quintò* intendebant singularem in serviendo cùm magi-
stratui, tùm ipsi qvoqve Deo devotionem : Exem-
plum prioris exhibent castrati inditissimo regno Sinæ,
de quibus *Johann. Neuhoff* Sinische Reise Beschreibung
de

de Anno 1655. p. m. 195. b. posterioris verò præbent Origenes, de quo *Nicephor. Calist. Histor. Ecclesiast. Libr. 5. cap. 8.* Sacerdotes Atheniensium sorbitione cicutæ se annihilantes, *D. Hieronym. ad Geront. de Monogam. Hier. Crinit. de Honestat. Disciplin. Libr. 9. cap. 10.* Galli sacerdotes Deæ Syriæ, *Ovid. Nas. Libr. 4. Fastor. Lactant. libr. 5. cap. 9. Paul. Cypr. libr. cit. cap. 9. Plin. libr. 35. cap. 12. Barnab. Brisson. de Verb. Signif. libr. 19. verb. virilitas.* Sacerdotes Megalobyzi Dianæ Ephesiæ, *Strab. Geograph. libr. 14.* Sacerdotes Ægyptiorum, *Johann. Suev. Comment. ad L. Spadonum. 128. de verb. signif.* (In taxâ tamen sacræ pœnitentiariæ apud Romanos & Pontificios sub *tit. de Corp. Vitiat.* pro illo, qui sibi ipsi membrum virile absciderit, ad Ordinem promovendo, dispensationis loco poscuntur *turonens. 12. ducat. 3. Karl. 6.*) Testatur etiam de suo tempore *Paul. Cypr. JC. Slesuicens. l. c. n. 11.* quod à multis probatæ fidei hominibus cognoverit, religiosos plerosque perpetuæ castitatis servandæ gratia sibi voluntario motu nervos circa aures incidisse.

Sextò hoc ipso nonnunquam evitare conabantur adulterij supicionem, prouti multis referunt de Combabo, perpulchro pariter atque celeberrimo architecto, qui missus ab Assyriorum Rege cum Stratonice, Regis uxore, ad ædificium perficiendum, ne in Regis Zelotypiam incideret, se ipsum enervavit, atque abscissa virilia in vasculum inclusit, melle & myrrha additis, eumque postea multi nobiles imitati sunt, *vid. Petr. Gregor. Tholosan. Syntagm. Jur. univ. libr. 7. cap. 2. num. 24. p. m. 145. ex Lucian. in Dialog. de Dea Syr.* etiamsi narrata hæc fabulosa & frivola pronunciet *Paul. Cypr. l. c. n 36.* 8.

De eunuchis nostri temporis, qui ob svavitatem vocis, 9.

cantusque dulcedinem castrantur, haud multa sunt
quæ jam jam dicere habeo, quin potius hæc unius cu-
jusque propriæ & infucatæ conscientiæ relinquo, re-
ctene an injustè hic actus jussu Regum atque Princi-
10. pum perpetretur. Ulterior finalis causa impotentiæ
præprimis fictæ propria, quæ etiam jure divino & hu-
mano inter consangvineos & affines intercedere de-
bet, consistit in conservatione reverentiæ, de quâ u-
berior dicendi materies nobis subnascetur in *cap. 8. 9.
& 10.* *Causas externas* nunc inseqvuntur suo ordine
causæ *internæ*, quæ ipsum esse rei ingrediuntur, earum-
que prima est *Materia*, quam cum Metaphysicis, ean-
dem communiter in talem in quâ, ex quâ & circa quam
11. distribuentibus, similiter triplicem facimus. Prima autē
nobis erit *Materia in qua*, quæ alias subjectū vocatur, hāc
constituunt mas & fœmina, quatenus inter eos actus cō-
jugales vel certo tempore, vel in æternum perfici par-
tim non possunt, partim non debent: Secunda appelli-
12. tatur *Materia circa quam*, sive objectum, quam suppedi-
tant partes genitales, qvoad congressum sibi haud aptè
respondentes: Tertia à Philosophis verè ac propriè sic
13. dicta dicitur *Materia ex quâ*; eandem verò (cum pro-
priè, prouti in substantiis, in accidentibus esse non pos-
sit) hîc repræsentat, genus, & consistit in defectu ge-
neraliter absoluteqve accepto, non factâ mentione ab-
sentiæ perfectionis in esse copulæ conjugalis vel intro-
ducendæ, vel introductæ, qvæ tamen superveniente
14. *Formâ* (tanquam secundâ causâ internâ, & qvam hìc per
differentiam indigitatam volumus,) ad eundem cer-
tum respectum restringitur, Sed rem per se dilucidam
esse nemini non manifestum est, quapropter uberiori
enodatione supersedere hâc vice, nec facem luci accen-
dere meridianæ nobiscum decrevimus. CA-

Caput Quartum,

COMPLECTITUR DISCURSUM GENERALEM DE IMPOTENTIA VERA ET FICTA.

Thesis I.

1. Peccatum Sodomiticum hominis cum bestiâ pertinet ad impotentiam fictam.
2. Hujus rei exemplum.
3. Pœna hujus sceleris.
4. Bestia etiam in hoc crimine comburitur.
5. Hoc peccato quidam sanitatem recuperare voluerunt.
6. Mitigatio observanda in puncto hoc sodomiæ attentatæ.
7. Alii concubitus illiciti ex Damhoudero.

SEpositâ etiam contemplatione causarum ad divisiones impotentiæ accessum facimus: distingvitur autem illa cùm in veram & naturaliter sive reapse talem; tùm in fictam sive à legibus divinis atqve civilibus in subjectum per se habile introductam. Sed qvò rela- 1.
turi sumus mussitandum illud peccatum, ut & scelus, qvod ad cœlum clamat, ac scire non proficit *Benedict. Carpzov. Prax. Crimin. p. 2. q. 76. num. 2.* videlicet si qvando vir cum bruto fœminei sexus, aut mulier cum masculo irrationali libidinem peragunt, *c. 4. mulier. 15. q. 1. Phocylid. Poëmat. admonitor. p. m. 26. ibiqve Vit. Amerbach. verb. μηδ' ἀλόγοις. p. m. 108. Matth. Dresser. Isagog. Histor. part. 1. millenar. 2. p. m. 49. Jacob. Menoch. libr. 2. d. arbitr. jud. qvæst.*

cent.3.c.286.Petr.Theodor.in Colleg.Crim.Disp.6.th.5. Franc. Viv.L.1.Comm.Opinion.in verb sodomia? Veræ sanè impotentiæ accensendum haud quaquam puto, quia vetitâ hac commistione opus qvoddam vivum producitur tametsi monstrosum, simul & naturæ processum si spectes, deforme. Testatur enim de muliere quadam
2. *Koppen. observ.127.n.3.ex Tiraquell.de LL.Connub.l.9.n.168.* quæ à cane imprægnata, semicanem, manibus videlicet, pedibus & auriculis caninis peperit. Fictæ igitur impotentiæ associabimus, idque magis ideo, quod habeamus certò compertum, insurrexisse leges, armataque jura gladio ultore, ut exqvisitis pœnis subderent
3. hoc crimine infames. Morte namqve puniuntur jure divino, *Exod.27.v.19.Levitic.18.v.23.& 20.v.15.* Maledictio eis imponitur, *Devteron.27.v.21.* item jure Canonico mulier, quæ accesserit ad omne pecus, volueritque ascendi ab eo, morte moriatur, *cit.c.4.mulier. 15.q.1.c.reos. 23.q.5.* & nostris moribus tàm in foro Imperali, quàm Saxonico, igni comburuntur una cum bestiâ *Constit.Criminal. Carol.V.artic.116.verb.* So ein Mensch mit einem Vieh *&c. add. Georg.Remig. & Matth.Stephan.h.l. Johann. Jacob. Speidel.Notab.Jurid.histor.polit. verb.* Feuer.*14.p.m. 345.* quod qvondam quoque Monspessuli factum refert *Conrad.Rittershus. Comment. ad Tit. Instit. Si Quadrup.*
4. *pauper.feciss.in fin.* ubi mulus calcitrosus, cum quo homo coierat, præcisis quatuor pedibus una cum malefico flammis immissus fuit: Rationem instituti hujus venustam suppeditant *cit.can.mulier.Benedict.Carpzov.prax.criminal part.2.quæst.76.n.33.* credendum esse, pecora inde jussa interfici, ut ne tali flagitio contaminata indignam refricent facti memoriam, *add.Conrad.Rittershus.l.c. Prosper.Farinac.Part.5.Oper.Criminal.quæst.147.n.46.Joachim.*
à Beust.

à Beust. de Matrimon. cap. 6. Anton. Gomez. in L. Tauri. 80. n. 35. Jul. Clar. libr. 5. sentent. §. fornicatio. vers. cum animali. 27. p. m. 27. a. Matth. Coler. part. 1. decis. 187. in fin. Jodoc. Damhouder. prax. criminal. cap. 98. n. 15. p. m. 290. Andr. Perneder. Halßgerichts-Ordnung. p. m. 9. b. Georg. Beat. sentent. definitiv. part. 5. tit. 38. cap. 10. n. 43. 47. p. m. 856. quamvis occisionem pecorum in delictis, excepto unico hoc casu, nunquam sibi placuisse affirmet *Jul. Clar. dict. libr. 5. §. final. quæst. 99.*
n. 8. Nec obstat, quod quandoque sanitas per hoc utiq; 5.
nefandum remedium intendatur; exemplum præbet Emirchan in Kesker, de quo scribit *Adam. Olearius part. 3. Persianische Reise-Beschreibung. p. m. 481.* quod ex consilio medicorum, ad evitandos distinctissimos & iterum iterumque revertentes paroxismos, omnium membrorum inutilitatem pariter ac contractionem secum trahentes usus fuerit cane fœminâ majore. Non enim, quamvis cum propriæ valetudinis jacturâ, facienda mala sunt, ut ex iisdem bona eveniant. Mitior
etiam pœna usu recepta est in conatu hoc sodomitico, 6.
(utut eandem ob criminis enormitatem concedere nolint *Barbat. Cons. 64. n. 10. & seqq. Libr. 1. Nicol. Boër. Decis. 316. n. 5. Jodoc. Damhouder. cit. prax. crim. n. 16.* & in hâc facti contingentiâ quendam ad mortem per curiam Burdegal. damnatum fuisse dicat *Papo Libr. 22. Tit. Arrest. 1. & ex hoc Jul. Clar. d. §. fornicatio.*) qui utplurimum fustigatione expiatur, bestiâ manente salvâ, *vid. Benedict.*
Carpzov. l. c. n. 58. ex Petr. Theodor. l. c. lit. L. Huc etiam 7.
locasse juvabit alias lascivas vitiositates, pœnâ utique ex mente multorum (quam & nos si solius libidinis ergò suscipiantur, non improbamus,) dignissimas, de quibus *Jodoc. Damhouder. l. c.* quatuor, inqvit, bestiales concumbendi modos ponit *Albertus in quarto.* Primus, quan-

do mu-

do mulier cognoſcitur lateraliter: Secundus pejor, quando cognoſcitur ſedendo: Tertius pejor ſecundo, quando cognoſcitur ſtando: Peſſimus verò eſt quartus, quando cognoſcitur veluti beſtia tergotenus: Et quintus etiam inter præfatos ſimiliter quarto peſſimus ille eſt, quando mulier ſupergreditur virum, &c. *Hæc Ille, add. Libell. Albert. Magn. de Secret. Mulier. cap. 6. p. m. 93.*

Thesis II.

1. *Hermaphroditus quis propriè fuit?*
2. *Exempla Hermaphroditorum varia.*
3. *Opinio Platonis de hermaphroditis, ejusq; refutatio.*
4. *Hermaphroditi olim apud Romanos prodigioſi.*
5. *Hermaphroditi an potentes, an impotentes dicendi?*
6. *Hermaphroditi ante omnia per artis medicæ peritos ocu-lariter inſpiciendi.*
7. *Præjudicium ex Carpzov. Juriſpr. Conſiſtor.*
8. *Alia ex Dedekenn. Conſil. Eccleſiaſt.*
9. *Inſpiciendus hermaphroditus, ſi velit fungi officio com-miſſarii.*
10. *Hermaphroditus feudum rectè accipit juxta Ludvvel. & Arum.*
11. *Quorum opinionem alii refutant.*
12. *Quid Juris, ſi Hermaphroditus utroque ſexu æqualiter polleat?*
13. *Aſſeritur, eum utroque uti poſſe.*
14. *Multi contrarium adſtruunt.*
15. 16. 17. 18. *Quorum argumenta refelluntur.*
19. *Limitatio horum omnium ex jure poſitivo & ſtatutario.*

SEd poſito hoc atque confirmatio ſatis, progreſſum facimus ulteriorem nunc ad hermaphroditum, (qui pro-

priè Mercurij & Veneris filius fuit, *vid. cum Auson. Johann. Calvin. Lex. h. v.* tametsi eundem ex filio Mercurij & Salmacide unâ Nympharum Najadum genitum pronunciet *Petr. Gregor. Tholosan. Syntagm. Jur. univers. Libr. 7. cap. 2. nu. 8. cum Ovid. Nason. Metamorph. Fab. 10.)* sive androgynon, eumque qui de utroque sexu, & virili, & fœmineo participat, cujusmodi naturæ habitu Favorinus Philosophus fertur fuisse, *Johann. Calvin. Lexic. Juridic. verb. cit. ex Philostrat. libr. 1. de Vit. Sophistar.*
Tales etiam populos extitisse Affricæ, quos Androgy- 2.
nes vocabant, dicit *Plin. Secund. Histor. Natural. Libr. 7. cap. 2. 3.* quinimò tales ab initio omnes fuisse homines, viros videlicet cum fœminis dorso conjunctos, posteà divisos, hincqve mutuum sexuum inter se amorem in repetendâ priori conjunctione promanasse meminit
Plato in Sympos. at tamen legerat forsan Plato (verba 3.
sunt *Petr. Gregor. Tholosan. olim in Academ. Cadurcens. & Tholosan. post in Pontimus. P. P. Syntagm. Jur. Univers. libr. 7. cap. 9. n. 6. p. m. 144.*) hominis creationem & mulieris formationem ex costâ Adami, quam cum malè intellexisset, vel se legisse simulasset, lapsus est in eam fictam con-
junctionem, &c. *Hæc Ille.* Hi autem semimares olim 4.
quam maximè prodigiosi juxtim & abominabiles fuearunt apud Romanos, id quod attestantur exempla apud *T. Liv. Patavin. Histor. de Bell. Macedonic. & Asiatic. libr. 1. cap. 12.* ubi infans, incertus masculus an fœmina esset, in Sabinis natus, alter sedecim jam annorum item ambiguo sexu inventus jussi sunt in mari ex templo deportari; Sicuti proximè C. Claudio & M. Livio Coss. deportatus similis prodigii fœtus erat: Seqventibus temporibus in deliciis habiti sunt, prouti plura utriusque generis exempla videri possunt in *cit. libr. 7. Plin. Secund.*

*cap.3.4. A. Gell. Noct. Attic. Libr.9. cap.4. Paul. Cypr. de Spon-
ſalib. cap.9. n.46. Euſeb. Pamphil. libr.4. de Vit. Conſtantin. Petr.*
5. *Gregor. Tholoſan. l. c. n.10. Jul. Obſeqv. libr. de Prodig.* Cœte-
rum ut ne hoc loco, qvod inſtituti noſtri fuit, omiſiſſe
videamur, neceſſitas ipſa ad quæſtionem nos adſtrin-
git, an ſcilicet hermaphroditi potentes, an verò impo-
tentes judicandi ſint? Nos omninò potentes eos pro-
nunciamus, non obſervato altero membro, ſecundum
quod minus validi ſunt, utpote accidentario, cujus et-
iam uſum rectiſſimè abjurare quandoque coguntur, *l.
quæritur.10 de Stat. Homin. l. Repetundarum.15. §. hermaphro-
ditus 1. de teſtib. l. ſed eſt.6. §. hermaphroditus 2. de liber. & Poſt-
hum. hæred. inſtit. Hermann. Vultej. ad §. ſed & illud. 7. Inſtit. de*
6. *Adoption.* quocirca totum hoc negotium, legibus ſic
jubentibus, peragitur per medium inſpectionis, quod ſi
7. recuſant, planè ad matrimonium admittendi non ſunt,
*vid. Benedict. Carpzov. Jurisprud. Conſiſtorial. libr.2. T.1. Defin.
16. n.14. p.m.28.* ubi ita reſcriptum dicit Heinrico à Schön-
beck in causâ Hermaphroditi pro fœminâ habiti, in
verb. Wir haben euren eingeschickten Bericht/ in Sachen
N. welcher als ein Mägdlein getaufft und mit eines Häu-
selers Tochter daselbst sich verlobt/ auch umb die procla-
mation und copulation angesucht/ vorlesen hören/ begeh-
ren demnach an statt Höchstgedachtes unsers Gnädigsten
Herrens/ ihr wollet beyden Theilen/ und ihren Eltern/ für
euch zu erscheinen aufferlegen lassen/ ihre Gebrechen und
grosse Gefahr absonderlich vorhalten/ und Fleiß anwen-
den/ ob sie in ihren Vorhaben in guten abzustehen/ sich er-
klären möchten/ in Gegenfall aber klagendes Theil durch
einen Medicum und Barbirer oder Bader/ auch da es nö-
thig eine Weh-Mutter/ nochmahls besichtigen lassen/ und
uns/ wie es hierumb bewandt/ eigentlich berichten &c.

Idem

idem atteſtatur ex pronunciato Conſiſtorii Miſnenſis *Georg. Dedek. Vol. 3. Conſil. Theol. l. 2. ſect. 1. p. m. 75. in verbis:* Nach dem ihr in Sachen des hermaphroditen N. N. ſo 8.
viel befunden / daß er vor vorgehende inſpection und Erkundigung / wie es ſeines Leibes halber beſchaffen / zum Eheſtand nicht kan zu gelaſſen werden / welches wir ihme auch vermeldet / er aber darinn ſich zu begeben Bedencken gehabt / und von ſeinen Vornehmen abzuſtehen ſich erkläret / deßgleichen auch N. N. von ihre Ehe-Klage auff unſer. Ermahnung abgeſtanden; Als iſt an euch unſer Begehren / ihr woſlet gute Achtunge auff ſie beyderſeits haben / daß ſie ſich ferner nicht zuſammen halten / der hermaphroditus auch anderer Weibsperſonen müſſig gehen / damit ferner Aergerniß abgeſchaffet und verhütet werden / do er aber nachmahls zur inſpection auff ſeine Unkoſten ſich anbieten würde / ſo woſlet uns ſolches anhero wiederumb berichten &c. Simili ratione cum hermaphrodito procedendum, ſi 9.
velit fungi officio commiſſarii, de qvo *Rutger. Ruland. de Commiſſar. & Commisſion. Camer. Imperial. part. 1. libr. 1. cap. 29. n. 5. a. cum Dauth. tractat. de ultim. voluntat. tit. de inſtit. n. 212. Anton. Goldbeck. de ſucceſſ. Gerad. de ſecund. ordin. Heinric. Kornmann. de Virginit. c. 133.* Feudum autem talismo- 10.
di hermaphroditos rectè accipere poſſe, ſive maſculinum, ſive fœmininum genus prævaleat, ſtatuit *Wilhelm. Ludwell. Synopſ. Feudal. cap. 6. ex Arum. Diſp. Feudal. 3. Th. 33.* quia licet per ſe ſervitia bellica præſtare non valeant, hoc tamen per alios efficere queunt, *arg. §. 1. Per qvos fiat Inveſtit. 2. F. 1.* adde quod omnia feuda militaria non ſint. Sed ab his diſſentiunt, & hermaphroditos, ſi ma- 11.
gis in ſexum fœmineum, quam maſculinum caleſcant, à feudi perceptione arcendos cenſent *arg. l. quæritur. 11. de Stat. Homin. Georg. Schulz. Synopſ. Inſt. ad Tit de Succesſion.*

Cognator. Rubr. de Successi liber. natural. & legitim. fim. lit. I. p. m. 209. cnm Ambr. Schur. de hæreditat. quæ ab inteſt. tit. 9. quod
12. dubium aliis relinquimus. Qvid verò ſi ejuscemodi
homo utroque membro æqualiter polleat, quod fieri
poſſe arbitrantur *Heinric. Zoeſ. Comment. ad Tit. x. de Frigid. n. 6. Paul. Zach. libr. 3. QQ. Medico-Legal. q. 9. tit. 1. n. 2.* & *Raup. Biblioth. Portat. Loc. Conjug. cap. 5. q. 7. p. m. 241. ex Hieron. Mont. Med. Theor. Libr. 1. cap. 6. Æolff. vol. p. 510. Albert. Magn. Libell. de Secret. Mulier. cap. 6. p. m. 95. Johann. Calvin. Lexic. Juridic. verb. androgynos.* exemplis quibus-
13. dam confirmant? Ad quæſtionem hanc, quamvis multi, an ejusmodi hermaphroditi exiſtere queant, valdè perplexentur, pro temporis interim circumſtantiâ reſpondemus, utroque eum naturaliter in actu conjugali uti poſſe, propterea, quod hoc legibus interdictum
14. nullibi inveniamus. Nec remoram faciunt contrariæ opinionis aſſeclæ ſtatuendo, eum debere vel maris, vel fœminæ perſonam eligere, adhibitâ inſuper cautione juratoriâ, ſe alio, quam electo, genere uti non velle: at hæc protulerunt textibus juris deſtituti, ſine quibus loqui erubeſcimus, *Nov. 18. cap. 1. & 5. add. L. Illam. 19. C. de*
15. *Collation. Hieron. Schurff. cent. 1. conſ. 32. n. 2.* Quod enim attinet *arg. c. 5. x. de Cleric. Conjug.* longè alium & diverſum caſum illud continet, quoniam agit de clerico conjugato beneficiis eccleſiaſticis privando ex eâ ratione, quia is magis cogitat, quomodo placere posſit uxori, & ideò minus, quæ Dei ſunt, cogitare valet; ab hoc verò argumentari non licet: Ergò hermaphroditus utriusque ſexus officium æqualiter præſtare valens, neceſſario ad
16 unum tàntum ut ſe adſtringat, cogendus eſt. Porrò non refragatur nobis *l. ſi plures. 9. de Pact.* ubi dicitur: difficile eſſe, ut unus homo duorum vicem ſuſtineat,

add.

add. l. quisquis. 6. pr. C. de Postuland. l. Nemo. pr. C. de Assessor. l. Ille 13. §. tempestivum. 4. ad SC. Trebellian. quoniam hæc omnes sunt intelligendæ particulariter, & hoc ob casus quam plurimos, in quibus unus multorum vicem subire potest, *vid. l. Emancipatum. 7. §. si quis. 2. de Senator. arg. l. si consul. 3. de Adoption. l. Generaliter. 24. §. fin. de Fideicomm. libert.* Præterea infirma est allegatæ legis applicatio, 17.
præsentem nostrum casum si consideramus, ubi hermaphrodito jam præsupposito minimè difficile aut molestum est duorum repræsentare personam. Ve- 18.
rum denique non est, modo uno, modo altero sexu uti indecens esse in eo, quem natura adeo validè dicavit, ut duplicis sexus functionibus, quod hîc subintelligitur, satisfacere queat: Aliud est, si alterum membrorum sit accidentarium, ita ut tantum incitamentum libidinis, non verò adjumentum & receptaculum veræ generationis secum ferat. Quod tamen hæc vel 19.
consuetudine, vel aliâ lege positivâ indecentia fieri possint, ambabus largimur manibus.

THESIS III.

1. *Affines hermaphroditis personæ, quæ sexum mutarunt.*
2. 3. 4. 5. *Exempla earum ex Livio, Plinio, Viero, Bodino & aliis.*
6. *Sexus mutatio an faciat matrimonium rescindi?*
7. *Fœminæ in masculos mutatæ revera omnes mares fuerunt.*
8. *Masculos in fœminas mutatos nunquam compertum fuit.*

Affines hermaphroditis sunt personæ, quæ sexum 1.
mutarunt, quod factum legimus apud *Liv. libr. 4.* 2.

Secund. bell. Punic. qui Q. Fabio Maximo & M. Claudio Marcello Coss. virum ex muliere Spoleti factum tradit. Hoc confirmat cum *A. Gell. Noct. Attic. libr. 9. cap. 4. Michael. Babst.* **Artzeney und Wunderbuch.** *part.*
3. *1. p. m. 129.* imò *Plin. Secund. Natural. Histor. libr. 7. cap. 4.* Ex fœminis, inquit, mutari in mares non est fabulosum: invenimus in annalibus Q. Licinio Crasso, C. Cassio Longino Coss. C. Asinij puerum factum ex virgine sub parentibus, jussuque haruspicum deportatum in insulam desertam. Licinius Mucianus prodidit visum esse à se Argis Arescontem, cui nomen Arescusæ fuisset; nupsisse etiam; mox barbam & virilitatem provenisse, uxoremque duxisse: ejusdem sortis & Smyrnæ puerum à se uisum. Ipse in Africâ vidi mutatum in marem die nuptiarum L. Cossicium, civem Thysdritanum: vivebatque qvum proderem hæc, &c. Hactenus ille. *add. Petr. Gregor. Tholosan. Syntagm. Jur. Univers. libr. 7. cap. 2. num. 10.* Plura ad fi-
4. dem historicam conducentia profert *Vier. de Prastig. Dæmon. lib. 4. cap. 24. p. m. 474.* in verbis: *Hippocrates lib. 6. Epidem. part. 8. aph. 45.* scribit, Phaetusæ cuipiam Phytei uxori corpus virile & in universum hirsutum & pilosum fuisse redditum, barbamque eam emisisse, vocem item asperam fuisse effectam: quod ipsum etiam Namysiæ Gorgyppi uxori in Thaso evenisse subjungit. Ut autem huic naturæ miraculo firmior detur fides, quid ætate nostra contigerit Neapoli regnante Ferdinando primo audi. Ludovicus Guarna Salernitanus civis quinque habuit filias, quarum natu majoribus duabus, alteri Franciscæ, alteri Carolæ nomen erat: quibus postea quàm ad quintum decimum

per-

pervenerunt annum, in marium morem virilia erupere membra, mutatoque habitu pro maribus sunt habiti, Franciscus & Carolus nuncupati. Item Ebuli sub eodem rege, puellæ, quæ jam quatuor annos viro promissa sponsæ nomen habuerat, qua nocte primum viro tradita cum eo concubuit, genitalia membra prodierunt, domumque reversa in judicio dotem reposcit, in virorum numero postea habita. Præterea *Amatus Lusitanus centur. 2. consult. curat. 39.* conscribit historiam ejusdem argumenti, his verbis: In oppido Esguerra, novem Leucis à Conybrica, nobili apud Lusitanos civitate, puella quædam genere nobilis erat, cui nomen (si rectè memini) Maria Pacheca: quæ cùm ad ætatem pervenisset, in qua mulieres primùm menstrua emittere solent, vice mensium priapum usque ad id tempus intus latitantem extra ejecit. Et sic ex fœmina factus est masculus: & virili toga indutus, ac sacra aqua respersus, Manuel fuit vocatus. Qui ad Indos perveniens & dives ac clarus factus, posteà ad suos rediit & uxorem duxit. Sed an liberos genuerit, non satis compertum habeo. Conscij tamen sumus, imberbem hunc semper mansisse &c. Hactenus ille. His subjungendus *Johann. Bodin. Dæmonom.* 5.
lib. 2. cap. 6. p. m. 194. qui hujus rei exempla octo suis commentariis in Oppianum poëtam Græcum de venatione annotavit. De his simili ratione quæstionem 6.
formare animus est, an nimirum possint pro mutatione sexus veluti impotentes matrimonium contractum rursus dissolvere? Respondetur quod sic; ratio est, quoniam mutantur essentialia conjugii, quibus sublatis omninò illud tollendum est, *arg. t. t. de Rit. Nupt.*

7. *Nupe.* Quamvis adhuc cum *Johann. Bodin. l. c. Vier. l. c. Dn. Guerner. Rolfinc. libr. alleg. cap. 3.* & qui ibidem citatur *Cardan. de Var. Rer. libr. 8. cap. 43.* confiteri necessum habeamus, mutationem ſexus fœminei in virilem à multis pro apparenter verâ, verè tamen fabuloſâ haberi, quia maſculi omnes fuerunt, qui fœminæ judicati ſunt, ac in viros mutati recenſentur. Et licet aliqvam fiſſuram obtinuerint, quâ membrum virile intromitti potuit, uterum interim non geſſiſſe, ſed genitalia maſcula, quæ latuerunt, poſt vel naturæ conatu prodiiſſe, vel accedente motu quodam violentiore. Ma-
8. ſculos tamen in fœminas, tranſiiſſe, nunquam compertum fuit, etiamſi *Auſonius*, quem allegat *Vier. l. c.* duorum exemplorum autoritate tueri conatus fuerit converſionis hujus oppoſitionem, quem cum ſuâ inani aſſertione ventis committimus, credentes fortean eum ſecutum poëtas fabuloſos, qui finxerunt Tireſiam vatem Thebanum, cum coëuntes angues baculo percuſſiſſet, mutatum in fœminam fuiſſe, poſtque annos undecim, iterum cæſis à ſe anguibus virilem naturam
9. recepiſſe. Fuſius proſeqvuntur, pluribusque Autoribus hoc confirmant *Martin. Delrio. Disquiſition. Magic. libr. 2. Quæſt. 22. p. m. 201. & ſeqq. Heinric. Kornmann. de Jur. Virgin. cap. 116. Johann. Riolan. Anatom. cap. 22. Sabellic. lib. 9. cap. 8. de Oſtent.*

CA-

CAPUT QVINTUM

PERSEQVITUR DEFINITIONEM IMPOTENTIÆ VERÆ.

THESIS I.

1. Quid sit impotentia vera.
2. Copula carnalis an ad esse matrimonii pertineat?
3. Potentia coëundi omninò ad contractum conjugalem requiritur.
4. Non est verum matrimonium, qvod potens cum impotente contraxit scienter;
5. Impotentem ducens scienter, & postmodum se commiscens cum potente, huic adhærere tenetur.
6. Impotentem tamen hoc in passu alere obstrictus est.

DEscribimus Impotentiam conjugalem veram, quod 1.
sit coëundi defectus, tam in maris, qvam fœminæ corpore latens, qvo conjuges impediuntur invicem carnaliter commisceri. Multi tamen hoc loco asser-
tionibus nostris ruinam adstruere conantur, dum co- 2.
pulam carnalem de essentiâ matrimonii non esse, quin potius *arg. L. Nupt. 30. de Reg. Jur. L. Cui fuerit. 17. de condit. instit.* accidentium more citra læsionem essentiam adesse vel abesse posse clamitant. Ast nos rem salvam adopinamur, distingventes cum *Thom. add. ad part. 3. q. 58. artic. 1. n. 40. p. m. 534.* inter copulæ carnalis actum & potentiam: Illum de matrimonii esse cuilibet ipsi pernegamus; Sed hanc certissimè reqviri constanter firma- 3.

mus, *Johann. Paul. Lancellott. Inst. Jur. Canon. Libr. 2. tit. 9. vers. Et meritò.* Et si illa abfuerit, errorem circa substantialia intercessisse dicimus, *Johann. Gerhard. Tom. VII. Loc. Theolog. de Conjug. n. 618. Eberhard. Bronchorst. Miscell. Controv. cent. 1. assert. 98.* Debet enim consensus semper ita formatus esse, ut præsupponat habile subjectum, quod eundem suscipiat, atqve *arg. L. Liberorum. 220. §. præter. 3. de Verb. Signific.* animumqve & votum procreandi liberos simul includat, *Rainald. Conf. Indagat. Jur. libr. 1. cap. 29. n. 1. p. m. 436.* qvoniam matrimonium sponsione initiatur, consensu ratificatur, & copulâ confirmatur, *Cyriac. Lentul. part. 1. de Jur. Bell. & Pac. cap. 17. p. m. 170. Paul. Cypr. de Sponsal. cap 9. n. 42. p. m. 325.* hinc ille sequitur essentiam copulæ, ac primum est causa secundi, atqve ex secundo (verba sunt *Dn. Georg. Adam. Struv. Syntagm. Jur. Civil. Ex. 29. th. 20.*) primum infertur, cum ratione quoque naturali constet, sine vinculo indissolubili non
4. licere copulam. Eodem fundamento moti consortium illud, qvod potens cum impotente contraxit scienter, verum matrimonium vocare non possumus, *Dn. Georg. Adam. Struv. l. c. Nicol. de Tudesch. Abb. Panormitan. ad c. 4. consultationi. extr. de Frigid. & Malefic. Didac. Covarruv. h. t. q. 7.* nimirum propter causæ institutionis absentiam pariter ac materiæ inhabilitatem tantam, ut solus consensus nihil possit & valeat: qvare si cum altera
5. potente se commiscuerit, illi adhærere tenetur, *Chrysost. Dornsperg. Tract. de Except. caus. criminal. in punct. adulter. part. 1. sect. 3. cap. 7. n. 140.* qvemadmodum etiam impubes, qui alias, donec ad maturiorem pariter ac firmiorem
6. ætatis statum perveniat, expectare obligatus est, *c. 9. de illis extr. de Desponsat. impuber.* quamvis uterque priorem conjugem impotentem, cum quâ scienter contraxit, ut

soro-

sororem tenere & alere debeat, *Innocent. Panormitan. Hostiens. ad d. c. 4. consultationi. Heinric. Boich. ad. c. 6. fraternitatis. extr. de Frigid. & Maleficiat. n. 6. p. m. 29. a. Ludolph. Schrader. Comment. ad. Tit. Instit. de Nupt. num. 166. p. m. 370.*

THESIS II.

1. Diabolus an potens vel impotens dicendus?

2. Sodomia sagarum cum Satana commissa.

3. Negatur hæc à plurimis.

4. Monstrosi partus vulgò die Elben / *ex hoc nefando coitu producti.*

5. Bernas & Pinnetus succubis Diabolis utentes.

6. Diaboli incubi.

7. Succuba in Concilio Constantiensi inter meretrices se prostituens.

8. 9. 10. Horrendi cum hoc immundo spiritu coitus.

11. Diabolus impotens est negativè.

12. 13. 14. Unde ille semen accipiat, & an illud prolificum?

15. An in congressu oblectetur carnaliter.

16. Si fortè infans ex hoc concubitu nascatur, cuinam adscribendus?

17. Infans facie Diabolicâ natus.

18. An DEUS concurrat ad animam hujus infantis?

19. An Diabolus possit producere Vagiones, vulgò Wechselbälge?

20. Figmentum de Melusina succuba partus edente.

21. 22. 23. Multorum natales Diabolis adscripti.

24. Unde Diaboli assumptum corpus conficiatur?

25. Pœna concubitus Satanici.

1. PArum quoque exemtile quæſitum eſt, qvod de Dia-
bolo, communi nominis hoſte ſubinde movetur, *vid.*
Paul. Grilland. q. 7. n. 8. 9. videlicet an ille ſecundum ſu-
pra traditam definitionem noſtram potens, non verò
impotens judiciandus ſit? Cuique enim exploratisſi-
2. mam eſſe conjecto ſpurcitiem dictu fœdiſſimā (quam
Nicol. Remig. in Dæmonolatr. notante *Heinric. Kornmann.*
3. *de Jur. Virgin. cap. 35. & Franciſc. de Ponzinib. Tract. de Lamiis*
refutatus à *Bartholom. de Spina Apolog. 3. cap. 2. p. m. 308.* ſi-
militer *Godelmann. de Lam. Libr. 3. cap. 11. n. 32. & ſeqq. Fi-
chard. Conſ. 112. Wierus. de Præſtig. Dæmon. libr. 5. Hermann.
Gœhauſen Peric. Academ. part. 3. peric. 5. quæſt. 28.* qvi tamen
ſeipſum ingenuè corrigit in *Deciſ. trium QQ. uſufreq. qu 3.*
negare atqve inter impoſſibilia referre eandem aude-
ant) quam malè ſana maleficorum juxtim & ſagarum
caterva cum hoc immundo ſpiritu peragunt, *Ulric. Mo-
litor. de Pythonic. Mulierib. Dialog. cap. 5. p. m. 46. & ſeqq.
Martin. Delrio Diſqviſit. Magic. libr. 5. ſect. 17. p. m. 760. item
Libr. 5. c. 2. ſect. 3. q. 3. p. m. 983. Joh. Langer. Tract. de Quæſtion.
cap. 2. n. 194. p. m. 825. Ludov. Gilhauſen. arb. jud. crimin. cap. 2.
tit. de Mag. & Venef. 17. n. 13.* ſimul ac ex qvâ ſœpè nume-
4. ro deformes & horridi partus, vulgò die Elben oder
gute Kinder editi prognatiqve ſunt. Mentionem ejus
facit *Autor. Hiſtor. Magic. de Spectr. Libr. 1. n. 36. ex Hect.
Boeth. libr. 8. Hiſtor. ſcot.* in medium adducendo fœminam,
qvæ ex nefandâ hâc commiſtione monſtrum undiqva-
qve horrendum enixa fuit. Conſimile ratione recitat
5. *Cardan. de Var. Rer. Libr. 15. cap. 80.* Bernam atqve Pinne-
tum, (qvorum hic annorum octoginta, ille ſeptua-
ginta qvinqve) venereas voluptates per quadra-
ginta annos cum Satana ſub mulierculæ ſimulatâ ſpecie
exercuiſſe; conferantur *Thomas à Vio Cajetan. in 2. 2. q. 99.
art. 3.*

art. 3. Augustin. de Civitat. DEI Libr. 3. c. 5. & Libr. 15. c. 22. Martin. Luther. in Conviv al. Benedict. Carpzov. prax. Crimin. part. 1. quæst. 50. n. 19. & seqq. item *Wier. de Præstig. Dæmon. libr. 2. cap. 44.* ubi de mercatoris uxore & *libr. 3. cap. 9. & seqq.* ubi de monialibus quibusdam sub forma canis cum hâc damnatâ bestia congredientibus plurima enumerat. De succuba in Concilio Constantiensi se inter alias meretrices prostituente videatur *Johann. Nider. Formicar. de Malefic. decept. cap. 9.* ubi etiam lectorem mirabilia de hâc materiâ legere cupientem ablegat ad *Gvilielmi libr. ult. de universo & Thom. Brabantin. libr. de universo, qui aliàs inscribitur de Apibus.* In tantam siqvidem amentiam elevavit sese libidinosa mortalitatis protervitas, ut, quod cogitatu nefandissimum est, *P. Bartholom. de Spina Ordin. prædicator. sacr. Palat. Apostol. Magist. Quæst. de Strigib. cap. 6. p. m. 175.* dicat, se audivisse quendam, qui in confessione Ecclesiæ facta non tantum se cum Diabolo rem habuisse; Sed etiam (horresco referens) cum DEO ipso, si possibile fuisset, talia opera perficere optasse adseruit. Sic etiam monente *Ulric. Molitor. Dialog. de Lam. & Mulier. Python.* legitur in historiâ S. Bernhardi, quod dæmon sive incubus pluribus annis cum quadam muliere dormivit, etiam marito mulieris in eodem lecto condormiente, attamen hoc nefas ignorante. Parilem fermè narrationem tradit *Hermann. Gœhausen. dict. Decis. trium QQ. q. 3. p. m. 659.* De veneficâ confitente, diabolum postqvam primo die nuptiarum cum novo marito consvevisset; alterâ nocte cum se fuisse congressum adeò potenter, ut nullam de hinc cum proprio marito coëundi voluptatem habuerit. Causa autem quare dæmones se incubos vel succubos faciant, esse videtur, ut per luxuriæ

 viti-

6. 7. 8. 9. 10.

vitium hominis utriusqve sexus naturam lædant: corporis videlicet & animæ, quâ in læsione utplurimum delectari videntur, *add. Johann. Nider, l. c. p. m. 519. Jacob.*
11. *Sprenger. Mall. Malefic. part. 1. quæst. 3. p. m. 36.* Qvid ergò; potentem faciamus spiritum, an impotentem? Et impotentem negativè. Confirmat assertionem nostram, quod improbissimus hic insidiator succubam agendo
12. semen humanum suffuretur, & tanquam incubus iterum adhibeat ac applicet, (utut hoc ratione effectus vitalis neget *Ulric. Molitor. cap. 10. p. m. 67.*) non secus, ac
13. si uxor cum naturali marito rem haberet, *vid. Johann. Nider. l. c. cap. 10.* Nec obest, si dicatur, quod semen non habeat virtutem generandi, nisi quamdiu calor animæ in eo retinetur, qvem tamen exhalare necessum est,
14. per magnam distantiam delatam. Respondemus enim primò cum *Jacob. Spreng. l. c.* dæmones posse aliquid reponere ad conservationem seminis, ne calor vitalis evaporet: secundò ideò non poterit semen tam faciliter evaporare, quia velocissimè dæmones moventur, prouti natura eorum ac experientia cuique attestantur.
15. Hoc tamen minimè concedendum puto, quod quidam asserunt, diabolos nimirum oblectari in hoc congressu sensualiter, refutati ob id à *Barthol. de Spin. Quæstion. de Strigib. cap. 16 p. m. 205.* quoniam cum sint spirituales creaturæ, sensitivas voluptates non magis admittunt quàm lapides. Sicut namque, (verba sunt *cit. Bartholom. de Spin.*) lapides, ita & angeli sensibus carent, quorum objecta sunt illa oblectamenta, & consequenter videntur etiam ab eorundem spirituum voluntate aliena: licet in corporibus assumtis possint opera motusque tales quasi vitales perfici, & in illis contellectualiter, non autem sensualiter oblectari, propter animarum perniciem; e-

orum

33

orum inqnam', qui tale cum iis habent fœtidissimum commercium, *&c. hæc l.l.* Hinc etiam de facili unicui- 16.
que liquet, quid statuendum sit de infante, qui ex hoc coitu nefando producitur: Dicimus enim illum nequaquam esse aut nominari posse filium dæmonis, sed hominis, cujus sperma callidissimus impostor hic surripuit, *vid. Jodoc. Damhouder. prax. criminal. cap. 98. n. 34. p. m. 293. ex Paul. Grilland. de Sortileg. libr. 2. n. 13. Johann. Nider. Formicar. de Malefic. decept. cap. 10. p. m. 522. Jacob. Sprenger. & Heinric. Institor. Inquis. Malef. Mall. part. 1. q. 3. p. m. 34.* Si- 17.
quidem non seqvitur, quod cum aliquando mulier infantem dæmoni facie similem enixa fuerit, *vid. Gothofr. Schulz. Chronic. p. m. 623.* hoc statim potuerit dici opus Diaboli: Quia illud factum reor forte ex imaginatione, ubi personatus aliqvando maritus cum eâ concumberet; adde quod ejuscemodi objectorum solida impressio apud mulieres præsertim gravidas sæpissimè plurimum efficere valeat, *Martin. Delrio Disquisit. Magic. libr. cap. 2. quæst. 3. p. m. 18. ex Hieron. Torquemad. Hist. Flor.* Præ- 18.
tereà Deus æque ad animam hujusmodi partus concurrit, atque hoc facit in infante ex incestu vel adulterio edito, qvum Dæmon duntaxat tanquam instrumentum semen addat hominis aliunde sublatum. Hunc 19.
tamen effectum minimè tribuimus diabolo succubam agendi, quasi ille possit partum vitalem addere, adeoque Campsores sive Vagiones, vulgò Wächselbälge/ producere. Nam horum *Jacob. Sprenger. sæp. cit. mall. malefic. part. 2. quæst. 2. cap. 7. p. m. 317.* triplex genus constituit, quoniam aliqui sint semper macilenti & ejulantes, cum tamen qnatuor mulieres nullâ ubertate lactis unam lactare sufficerent; aliqui alio modo à succubis progeniti; aliqui quoque parvulorum specie apparentes veri dæmo-

dæmones nutricibus ſe conjugentes. In ſimili fermè
20. caſu fabulantur de qvadam Meluſinâ ſuccubâ, quæ cui-
dam comiti adhæſiſſe dicitur, pluresque filios ex eâ na-
tos fuiſſe: at unumqvemqve horum filiorum aliqvid
prodigii in membris habuiſſe; alium namqve tres ocu-
los, alium dentes aprinos, alium aliam quandam de-
formitatem contraxiſſe fama eſt, *vid. Molitor. de Mulier
Pythonic. cap. 6. p. m. 47.* Sed hæcce ſubjecta, uti moni-
tum, per vim Diaboli adſiſtentem, non inſitam atqve
increatam procreantur: Siqvidem in iſtâ generatione,
ſoli viro omnis conatus effectivè adſcribendus eſt, qvi
cum ad ſubjectum capax non determinetur, omnino ci-
tra fructum naturaliter permanet; qvemadmodum
hoc etiam procedit in incubo per ſe conſiderato: qvam-
21. vis qvidam truculentam Hunnorum originem eidem
acceptam ferant; & Gothorum Regis natales nobili,
& ſpiritui incubo, urſi formam gerenti tribuant; item
Inſulam Cypri totam populatam eſſe, & inhabitatam à
22. filiis incuborum prædicent. His adjungendus venit
Merlinus, vates Anglus, cujus mater adducta ad Re-
23. gem Vortigernum ſimile quid confeſſa eſt: Quemad-
modum & ſcelesti qvidam mendaces Beatum Germa-
niæ Doctorem Martinum Lutherum hâc ratione con-
ceptum fuiſſe falſiſſimè adſtruxerunt, veluti *Geneb. lib.
4. Chron. ex Anan. lib. 4. de Natur. Dæmon. add. Andr. Victorell.
in not. ad Franciſc. Tolet. ſumm. caſ. conſcient. lib. 8. cap. 13. p. m.
708.* Hiſtoriam hujus commenti fuſiùs enarrat & refutat
Johann. Wier. de Præſtig. Dæmon. lib. 3. cap. 23. per tot. p. m. 338.
Nec minus huc pertinent Gigantes, de quibus *textus Ge-
neſ. 6.* qvos *Gloſſ. cum Joſeph. ad d. text* ratione originis dia-
bolis adſcribit, *add. Munſter. Coſmograph. Libr. 3. de Germa-
nia. cap. 3. Heinric. Kornmann. de Jur. Virgin. cap. 35. Vincent.
Hiſto-*

Historiar. Libr. 21. cap. 30. Ulric. Molitor, l. c. cap. 10. Augustin. de Civitat. Dei libr. 3. cap. 9. p. m. 518. & 522. Bartholom. de Spina l. c. cap. 6. p. m. 174. Cœterum ex qvâ materiâ corpus il- 24
lud, qvod Diabolus nonnunquam permissu divino assumsit, conficiatur, ubi rursus deponatur, & an per se ad generandum habile sit; item an dæmon efficere possit, ut virgo mente & corpore permanens, non tamen sine virili semine concipiat, aliis relinqvimus. Etenim *Martin. Delrio Disquisit. Magic. libr. 2 qvæst. 115. p. m. 159. & 163. & ex hoc Paul. Zach QQ. medico-legal. libr. 3. cap. 1. quæst. 8. n. 109.* asserunt, dæmones posse defunctorum corpora assumere, vel de novo sibi ex aëre & aliis elementis ad carnis similitudinem palpabilia effingere ac formare: posse illa pro lubitu movere & calefacere; posse virgini dormienti & ignaræ aliunde sumtum verum & fœcundum semen, sine congressu carnali, hymene aliisque claustris virginitatis incorruptis infundere, *add. Iohann. Nider. l. c. cap. 10. Thom. in 4. quæst. 10.* Sed hæc, uti in principio monitum, uberius nostra non facimus, qvemadmodum nec modum, quibus incubi & succubi pelli possunt, hic examinamus, (possunt tamen videri *Hier. Mengo Ordin. Minor. Flagell. Dæmon. Iohann. de Gersono, Cancell. Parisiens. de Probat. Spirit. Petr. Anton. Stampa, Sacerd. Clavenens. Fug. Satan. Petr. Gregor. Tholosan. de Republ. libr. 3. c. 32. n. 10. p. 1035. Iohann. Nider. l. c. p. m. 524.*) 25.
qvoniam instituto ex asse satisfacit, reperiri ejusmodi complexus, qvos, modò de confessione rei, licet de pactione, qvod probè in hoc maleficio notandum, cum diabolo contractâ & concubitu satanico non constet, *Francisc. de Pontzinib. I. C. eleg. tract. de Lam. Iohann. Bodin. Dæmonoman. libr. 4 cap. 3.* flammâ ignis persequvuntur leges, *vid. Constit. Carol. V. art. 109. verb.* und man soll solche

Straffe mit dem Feuer thun. *add. Martin. Delrio l. c. libr. 5. sect. 16. lit. yy. p. m. 781.* Aliàs plura exempla suppeditant *Heinric. Kornmann. de Mirac. Vivor. Tit. de natis sine patre. Iacob. Springer. Mall. Malef. part. 2. q. 1. cap. 4. & seqq. Petr. Theodor. Colleg. Crimin. Disp. 7. th. 6. lit. C. Wier. lib. 3. cap. 19. 20. 21. & seqq.*

CAPUT SEXTUM
VERÆ IMPOTENTIÆ SPECIES PROPONIT.

THESIS I.

1. *Detestatio eorum, qui castratos faciunt.*
2. *Thlibiæ & Thlasiæ qvinam dicantur.*
3. *Opinio Accursii refutatur.*
4. *Sententia Ferrandi rejicitur.*
5. *Interpretatio Glossæ refellitur.*
6. *Judicium proprium subnectitur.*
7. *Calvinus hasce personas minus rectè potentes asseruit.*
8. *Excusatur à Paulo Zachiâ.*

1. QVodcunqve ulla hominum improbitas & armata sceleribus nefandissimis nocendi libido rabiem aliquam & execrandam in mundo crudelitatem exercuerit, hanc profectò indignissima illorum caterva perpetravit, quæ cœco furore iterum atque sæpius impulsa tentare per nefas, quæ ne quidem per fas sperare deberet, vel in proprium sexum, ausa fuit. Etenim membra, qva hominis nascendi causam suppeditant, lancinavit, & creaturam aliam, quam qualis

Con-

Conditoris ſapientiæ placuit, in mundum introducere contendit, *Nov. Leon. 60.* Comprobant hæc plurima impotentum genera, quæ unicè uniceque ærumnoſitatem ſuam protervïæ hujuscemodi acceptam ferunt, pariter ac ſuum à naturâ ad vivendum deſtinatum tempus ante tempus iniquè finitum eſſe clamitant, *Nov. 142. proœm.* Laborant enim quidam genitalium at- 2.
tritione & conciſione, qvi vocantur Thlibiæ nec non thlaſiæ, à Græcis θλάω, frango, æquè ac θλίβω, tero, qvod fotu aqvæ calidæ fiebat & manuum admotione, ut hoc pacto pretioſiores eſſent & in Principum deliciis, *vid. Joh. Calvin. Lex hoc. voc.* quanquam, qui thlibiæ uti quoque thlaſiæ appellitentur, varii variè enucleent, ipſeque *Joh. Accurſ. in l. 128. Spadonum. de verb. ſi-* 3.
gnif. neſciat, mox tamen ſubdat, quod ſint, quibus demptâ virgâ cum teſtibus ſupponantur fiſtulæ, ut urinam mittere poſſint; Sed hæc ſignificatio nobis hâc vice confundit thlibias cum caſtratis, de quibus tamen paulò inferiùs pauca ſubjiciemus. *Ferrand. 1. Expl. 47.* notante *Jac. Godofred. ad l. c. 128. de V. S.* pro iisdem accipit, verum huic expreſſum textum *l. c.* obſtare nemo 4.
non videt. Aliter explicantur in *Gloſſ. ad l. 5. Hi qvoque ff. ad L. Corn. de Sicar.* quod vel ſint inſtrumenta, 5.
quibus cum quis leviter caſtratur; vel venæ, quibus inciſis virilia amittuntur: Aſt hunc ſenſum planè à textu alienum eſſe contextus evincit. Sancitum namqve fuit præcedente lege, ne ſpadones fierent: mox ſubjungitur in noſtrâ ne thlaliæ fierent, quòd ſanè haud tutò de inſtrumentis aut venis intelligi poteſt; idque ideò multò magis, qvum ipſa *Gloſſ. in Explic. 3. ibid.* vacillet. 6.
Malumus igitur hic opinionem vulgarem ſtabilire, *arg. l. 4. pr. d. his qvi not. infam. Scotan. ad. l. 1. ff. t. 4. q. 36.* quæ thli-

bias vocat, quibus genitalia attrita, thlasias verò, quibus venæ testiculos firmantes incisæ sunt adeò, ut tanquam membra mortua propendeant exiles & frigidi, nullique usui amplius apti, *Borcholt. ad §. 9. Instit. Ded. & illud. de Adopt. Hahn. Obs. ad VVesemb. tit. de Adopt. verb. spadon.*
7. Ejusmodi thlibias tamen, ut supra dictum, potentes facit *Joh. Calvin. in lex h. v.* minus rectè; interim in ejus defensionem, si modò aliquam contextus verborum recipere velit, illud proferre conatur *Paul. Zachias Quæst. Med. leg. l. 3. tit. 1. qu. 9 n. 17. & 18.* qvod intellexerit de iis thlibiis, quibus neqve benè, neque universim contusi seu attriti fuerint testiculi (sicuti facilè in hac operatione, etiamsi ab arte fiat, evenire potest) sed illis præcipuæ parastatæ integræ remanserint, & sola testium substantia contusa contabuerit; vigore enim dictarum glandularum possent hi fortassis generare sed vitium nunquam toleretur.

Thesis II.

1. *Spadones unde deriventur.*
2. *Horum Homonymia.*
3. *Spadones qui propriè dicendi?*
4. *Objectio Gloss. & Petr. de Palud.*
5. *Refellitur ex Panormitan.*
6. *Metaphorica spadonis acceptio hic applicatur.*

1. ALterum genus Impotentiæ animadvertimus in spadonibus, communiter sic dictis ἀπὸ τοῦ σπᾶν, i. e. à convellendo; non à Spatâ Persarum urbe, unde primos advectos volunt, *Borch. l. c.* nisi fortè Civitas istam insimul denominationem à convulsione adepta fuerit, quamvis aliud *Ammian. lib. 4.* videatur, nimirum Semirami-

rami-

ramidem primam fuiſſe ſpadonum autorem, *confer. Go-*
dofred. in not. ad l. c. Schulz. Chron. Hiſtor. Aſyr. p. m. 3. Cœ- 2.
terùm comprehenduntur generali Spadonum adpel-
latione tàm hi, qui naturâ ſpadones ſunt, item thlibiæ &
thlaſiæ, & ſi quod aliud genus ſpadonum reperitur, ut
ſunt caſtrati, unoque teſticulo præditi, *l. 4. §. 2. ad L.*
Corn. de Sicar. l. 128. de V. S. l. 6. l. 7. l. 38. §. 7. de ædil. edict. l. 89. §.
1. de Jur. dot. Phil. Melanch. loc. de Conjug. ſum. de natur. Spa-
don. p. m. 759. Rennem. de Jur. perſon. Diſp. 3. th. 21. Zach. l. c. n. 6.
Nos hoc loco eos eligimus, qui frigidioris conſtitutio- 3.
nis ſunt, vel aliàs talismodi morbo ſontico impliciti,
Hahn. ad Weſemb. tit. d. Rit. Nupt. verb. impotentes. p. m. 142.
ut generatio inhibeatur, quod tamen naturæ vitium
adhuc ope Medicorum tolli & curari poſſibile eſt, &
de his agunt *§. 8. Inſt. de Adopt. Borcholt. h. l. l. 2. §. 1. l. 40. §. 2.*
h. t. l. 59. §. 1. de jur. dot. l. 14. §. 2. de manu. vindict. Huc item
quandoque referimus, qui virgam quidem habent ere-
ctam, ſemen tamen emittere non valent, *Ungepaur. com-*
ment. ad tit. X. de frigid. & malefic. n. 5. Nicol. de Tudeſchis. Ar-
chiepiſcopus Panormitanus, ad c. 2. quod. ſedem. X. h. t. Sed op- 4.
ponit cum *Gloſſ. in c. 25. hi qui 32. q. 7. Petr. de Palud. ad tit.*
X. de frigid. quod mulierem provocare poſſit: At ve-
riorem eſſe putamus cum *Panorm. l. c.* communem opi-
nionem aſſerentem contraria; quia ex quo non pot- 5.
eſt generare, non poteſt dicere uxor, volo eſſe mater,
c. 5. accepiſti. extr. de frigid. Idem enim eſſet, ac ſi alio quo-
dam inſtrumento ſibimetipſi mulier ſtuprum intuliſſet,
ſicuti hoc fieri aliquando ex *Riolan. Anatom. c. 35.* nota-
vimus ſupra *Cap. 2. θ. 3.* Aliàs etiam obſervandam anim-
advertimus metaphoram in largiori voce Spodonis: ſi- 6.
gnificat quippe inſuper ſurculum minus fructiferum,
prouti notat ex *Columell. Fab. theſaur. hoc voc.* Quemad-
modum

modum igitur infructuosus aliquis ramusculus virens equidem assurgit sed nullum ad se ulterius, uberiusque propagandum granum reliquit; Sic & enervatus turpiter adulescentulus procerus floridusque accrescit, liber à multis, qvi juvenes senesque manent, morbis; attamen exclusâ omni propagandi spe, *nov. Leon. 27.* juxtim & seposito multiplicandi emolumento, *arg. pr. Inst. de Excus. tutor. l. 2. §. 2. ff. h. t. §. 4. Inst. ad. SC. Tertull.*

THESIS III.

1. Castrati quinam dicendi?

2. Solet hæc sectio suscipi cum maximo vitæ periculo.

3. Qui primi reputantur castrationis inventores?

4. Castratorum derivatio.

5. Castratos quasi castè natos multi dixerunt.

6. Quorum opinio refutatur.

7. Castrati etiam vocantur eunuchi, & horum homonymia.

8. Origines an seipsum castraverit.

9. Potiphar an castratus revera extiterit?

10. Eunuchorum etymologia.

11. Narses ex multorum sententiâ eunuchus fuit.

12. Qui refutantur à Gvineto.

13. Privilegia ab Imperatore Leone eunuchis data an adhuc valere possint?

14. Poterant testamenta & codicillos scribere ex favore Constantis.

15. Nunquam tamen verum matrimonium contrahebant.

1. TErtiam impotentum speciem exhibent castrati, *Ungepaur. Comment. ad tit. X. d. frigid. num. 3.* quibus vel

scien-

ſcientibus ferro diminuta ſunt virilia, *l. ſi ſervus 27. §. ſed*
& ſi puerum 28. ff ad L. Aquil. vel non animadvertentibus,
arte magicâ, ipſe penis cum teſtibus exciſus eſt, de po-
ſteriori *vid. Mart. Delrio in Diſquiſit. Magic. l. 3. p. 1. qv. 3. ſ.*
2. p. m. 397. etiamſi ſervato quandoque virili membro
teſticuli ſolùm eximi ſoleant; quod omne cum maxi-
mo vitæ diſcrimine peragitur, ita ut Imperator Juſti- 2.
nianus *Nov. 142. proœm.* è nonaginta ægrè tres ſervatos
eſſe atteſtetur. Cœterùm hic caſtrandi homines ritus
ab Ægyptiis originem ſumſit, quorum ſacerdotes re-
ligionis causâ Diis ſuis, pudenda tanquam primitias ſui 3.
corporis libabant, eumque modum ad nefandam libi-
dinem primum traduxit Semiramis juxta *Johann. Suevi-*
um Comment. ad L. Spadonum 128. de Verbor. ſignificat. ex Eu-
ſtath. in Homer. Iliad. 7. Ammian. Marcellin. Hiſtor. libr. 14. Jo-
hann. Aventin. Annal. Bojor. libr. 3. n. 50. p. m. 199. Anton. Clar.
Sylv. Lib. Sing. in LL. XII. Tab. c. 17. Dionyſ. Godofred. in not.
ad cit. L. 128. d. V. S. Petr. Gregor. Tholoſan. Syntagm. Jur. uni-
verſ. libr. 7. cap. 2. n. 18. p. m. 145. Godofred. Schulz. Chronic.
Hiſtor. Aſſyr. p. m. 3. Hinc *Claudian. in Eutrop. libr. 1.* Hos fe-
cere manus: ſeu prima Semiramis aſtu Aſſyriis menti-
ta virum, ne vocis acutæ mollities levesque genæ ſe
prodere poſſent, hos ſibi conjunxit ſimiles: Seu Par-
thica ferro luxuries vetuit naſci lanuginis umbram, ſer-
vatoque diu puerili flore coëgit arte retardatam Vene-
ri ſervire juventam. Derivantur autem hi à caſtare, 4.
quod idem eſt ac ſecare, unde *Plin. 18. c. 32.* caſtrare ju-
vencos. Non officiunt nobis *Haring. Sifrid. expoſit.*
Jur. Civil. & Canon. ad Tit. C. de Eunuch. Johann. Accurſ. in l. c. 5.
128. de V. S. Hermann. Vultej. ad §. ſed & illud 9. Inſtit. de Ado-
ption. n. 2. Heinric. Cardinal. Hoſtienſ. ad c. 1. accepiſti extr. de
Frigid. & Maleficiat. Johann. Andr. h. t. qui naturâ ſpado-
nes

nes vocant castratos, quasi castè natos, sed forsan minùs rectè: cognita quidem est crebra hæc Jurisprudentum allusio ex *pr. Instit. de Testam. Ordinand. pr. Instit. Quib. Mod. re contrah. obligat. l. Inter liberas 6. §. Lex. 1. ff. ad Leg. Jul. de Adulter. c. non mœchaberis 32. q. 5. Benedict. Carpzov. Prax. Crimin. part. 2 quæst. 52. num. 71. 72.* verum quam hoc
6. in casu ægrè applicare valemus. Castitas enim præsupponit subjectum ita ordinatum, ut utrumque extremorum recipere qossit, si velit, quod hic in castra-
7. tis non procedit. Alio nomine castrati dicuntur eunuchi, quanquam & hæc appellatio multum homonymiæ in se contineat: primò namque significat quocunque modo castratum, *c. 9. qui sitit. 33. q. 5.* secundò etiam de iis usurpatur tantum qui spontè se secandos præbuerunt, *Haring. Sifrid. l. c.* tertiò eunuchi vocantur in sacris, qui vel abstinent perpetuò à vitiis & concubitu fœminarum, ut liberius DEO inservire queant, quos tamen hisce seculis præsertim inter canonicos ob puellas venales rarissimos esse vult *Severin. de Monzamban. de Stat. Imper. Germanic. ad Fratr. Læl. cap. 2. §. 14. p. m. 56.* parumque exinde observari verba *Esaiæ 56. v. 3. 4. Matth. 19. v. 12.* (quæ loca secundum literam intelligens Origines seipsum castravit, *Petr. Gregor. Tholosan. l. c. n. 31. cum*
8. *Nicephor. Calist. Histor. Eccles. libr. 5. c. 8.* quamvis herbis tantum partes genitales emarcuisse dicat ex *Zonarâ Paul. Cypræus de Sponsalib. c. 9. q. 11. p. m. 312.*) vel proprias quidem habent uxores, ita tamen castis utuntur moribus ac factis, ut & puellarum ac matronarum honestarum custodia ipsis committatur, qualem etiam eunu-
9. chum fuisse Potipharem vult *Gloss. Ordinar. ad Genes. c. 37.* tametsi *Petr. Greg. Tholosan. l. c. in fin. cum Martial. 66. libr. 6. ad Pannic.* eum inter spadones, qvi virgam habent e-

rectam

rectam, sed semen emittere prolificum non possunt, de quibus *th.2.h.c.* ponere malit; imò verum hunc eunuchum fuisse scribat *Paul.Cypr.l.c.n.32.* Derivantur autem eunuchi ab εὐνὴ cubile & ἔχω custodio, quoniam lecti 10.
custodes sunt, qui insimul ad observandos actus fœminarum illibatos adhibentur, *Johan. Aventin.l.c. Novell. Leon.98.* hinc *Claudian. in Eutrop. libr. 1.* cumqve omnibus unica virtus esset in eunuchis thalamos servare pudicos; *& paulo post*: militia eunuchi nunquam progressa cubile. Quidam ut commodiore verborum togâ illatam naturæ maculam circumdare possint, hanc vocem deducunt ab εὐνοεῖν, quod benevolam maritis fidelitatem præstare consueti sint: Alii porrò naturales causas insequentes adscribunt ejusdem natales verbis: εὖ νοῦν ἔχειν, quia cum re Venereâ abstineant eunuchi, nunquam deliriis vexentur, sed ubique firmæ mentis sint, *add. Dionys. Godofred. in not. ad Novell. Leon. 98. Johann. Borcholt. l.c.* Nonnulli eosdem provenire contendunt â vocibus εὖνιν ὀχεῖας, à privatione vel viduitate testiculorum, quod melius putat cum *Eustath. Petr. Greg. Tholos. 1.c.n.21.* Nobis quibus sententias magis, quam verba urgere animus est, cum *Martin. Delr. libr. 5. sect. 7. p. 720.* perinde erit, dummodo cuiqve ex allatis patescat, nos pro uno eodemqve castratum, semivirum, gallum, βάκηλον eviratum, apocopum, emasculatum, & eunuchum sumsisse & usurpasse. Cœterum ejuscemodi eu- 11.
nuchum fuisse etiam Narsetem, & ob id ab Augusta Sophia, Justini II. uxore contumeliosè appellatum, & in Gynecæum, ubi pensa cum mulierculis traheret, invitatum, respondisse ferunt: Fila quidem se ducturum, sed iis talem telam intertexturum, qualem ipsa, dum viveret, retexere non posset, *vid. Sebastian. Franck. German.*

Chronic. Histor. Justin. 11. *p. m.* 61. *Hubert. Giphan. Justinian. Magn. p. m.* 137. *Johann. Carion. Libr.* 3. *de quart. Monarch. p. m.* 154. *b. Agath. Smyrn. de Bell. Gothor. libr.* 3. *p. m.* 140. *qui eum apud principes per delicias enutritum dicit. Paul. Diacon. libr.* 18. *p. m.* 179. *Johann. Aventin. Annal. Bojor. libr.* 3. *n.* 49. *p. m.* 198. *Gloss. in Vit. Justinian. Imperat. Hermann. Herm. Fasc. Jur.*
12. *Publ. cap.* 3. *n.* 3. *p. m.* 22. quos refutat, eorumqve opinio-
13. nem primo Aqviloni tradendam suadet *Francisc. Guinet. Justin. Magn. cap.* 12. *in fin. p. m.* 187. Præterea eunuchis Leo Imperator in *Novell.* 27. *&* 28. non obstante impotentiâ permisit unà cum fœminis per adoptionem filios sibi facere, contra §. 9. *&* 10. *Instit. de Adoption. arg. l. Adoptio.* 16. *h. t.* (qvod tamen an adhuc valeat, non disputamus, sanè *Georg. Schulz. Synops. Instit. ad Tit. de Adoption. lit. b.* hodiè, inqvit, qvin castrati iis in locis, in quibus adoptionis jura adhuc vigent, adoptare possint, non
14 dubitatur:) item Imperator Constans in *l.* 5. *C. qui test. fac.* eisdem componere postremas more omnium voluntates, conscribere codicillos, salvâ testamentorum observantiâ, concessit adversus *l.* 6. §. 1. *d. lib. & posthum. hæred.* attamen matrimonium ubique invalidum permansit, *arg. l.* 39. §. 1. *d. Jur. dot. nov.* 22. *c.* 6. (qvamvis etiam quandoqve ejusmodi exectus cum muliere congredi, pruritumqve in eadem accendere valeat, *Carpzov. Jurispr. Consist. l.* 2. *tit.* 1. *def.* 16. *n.* 2. *Paul. Zach. Med. Roman. Quæst. Medico Legal. l.* 3. *tit.* 1. *q.* 2. *n.* 11. *p. m.* 14. *Ex Sannazar. de Matrim. c.* 3. *art.* 4. *n.* 19. *& sqq.*) cum hâc adjunctâ comminatione in *Nov.* 98. *Leon. in fin.* ut si qvis ad matrimonium procedere comperiatur, & ipse stupri pœnæ obnoxius sit, & qvi sacerdos istius modi copulationem profanato sacrificio ausus fuerit, sacerdotali dignitate denudetur.

THE-

THESIS IV.

1. Maleficiati & ligati impotentes.
2, 3. 4. Horum distincta exempla.
5. Frequentia hujus sceleris solennia nuptiarum noctu celebrari quandoque effecit.
6. Pueri, Bodino teste, in Galliâ hujus flagitii peritissimi.
7. Prima Maleficiatorum species, si corpora ad se mutuò appropinquare nequeant.
8. Historia hujus rei ex Belvacensi.
9. Maleficium oblivionis.
10. Odium inter conjuges per veneficia conciliatum.
11. Valazca Libussæ Bohemæ famula uxores à maritorum amore avertit.
12. Ligatio ligularum superstitiosa.
13. Plurimæ ligandi varietates ex Bodino.
14. 15. Seminis impeditio, exsiccatio & subtractio magica.
16. 17. Membrorum genitalium debilitatio & simulata subtractio.
18. Singulare maleficium in urbe Karentinâ.

ALiam impotentiæ labem qvartò inustam videmus 1.
maleficiatis, pariter ac iis, qvibus genitalia ligata & abscondita sunt (æqvipollent enim hîc ligatus, defixus, incantatus, maleficiatus, *Spekhan. synopt. exeg. jur. pontif. ad l. 4. decretal.*) id qvod certis quibusdam incantatoriis vocibus in susurratis, vel alio intoxiationis genere conciliari, docet *Zieritz. C.C. artic. 133.* (Galli vocant lier l' es guillete) nec minus canities historica confirmat, multis ubiqve magni nominis Principibus hoc malum obtigisse. Amasis certè Rex uxorem duxerat
filiam spectati viri, nomine Ladicen, cum qva tamen, 2.
dum in toro cubaret, haud qvicqvam conjugalis exer-

citii exercere poterat, tamdiu ſcil. impotens quoad hanc
(aliis enim mulieribus conſveto more utebatur) quam-
diu Ladice votivum Veneri votum vovere deſierat; qvo
concepto, confeſtim priſtinæ vires reſtitutæ ſunt, ut
qvoties eam adiret Amaſis, voluntatem expleret, *vid. ex*
Herodot. l. 2. Valentin. Arithm. peric. 2. §. 3. th. 8. Adducamus
porrò, cum ſemper facta melius per plures probentur,
3. *argum. l. fin. C. de fideicomm.* Johannem Galeacium, qvem
Ludovicus Sfortia, cùm Iſabellam Alfonſi II. Regis
Arragoniæ filiam ſibi matrimonio jungeret, magicis
artibus per multos menſes ad conjugii arcana peragen-
da impotem effecit, *Franc. Gvicciard. histor. l. 1. p. m. 52.*
Præterea *Joh. Bodin. Dæmon. lib. 2. c. 1. & Paul. Æmilius in*
4. *vit. Clotar. 11.* concubinas Theodorici regiis iisdem li-
gamentis adverſus uxorem Hermambergam uſas fuiſ-
ſe innuit. Ut jam omittamus Sylvanum, cui Numan-
tina uxor carminibus & veneficiis vecordiam injecit
5. *Tacit. l. 4. Ann. p. m. 129.* Imò nihil frequentius hiſce invo-
lucris magicis eſſe, affirmant *Thom. in l. 4. ſent. Diſt. 24. Ar-
niſ. de connub. c. 6. lect. 8. n. 19. Beſold. Opuſc. Jurid. 4. part. 4.
c. 11. n. 4. d. Nupt.* ita ut in qvibusdam locis teſte *Martin.
Delrio l. 3. diſquiſit. magic. ſect. 8. qu. 4. fol. m. 417* vix audeat
quisquam clarâ luce matrimonii ſolennia celebrare, ne
qvis malus conjugum votis illudat, & in Gallia à pue-
rulis quoque adjectis illicitis qvibusdam voculis pa-
6. làm, ſummâ impunitate & licentiâ exerceatur, *vid.
Paul. Cypræus de Sponſal. c. 9. §. 12. n. 13. Joh. Jac. Speidel. in
Not. Jur. Hiſt. Polit. verb.* Neſtel verknüpffen. Idem af-
firmat *Johann Bodin. in Dæmonoman. l. 2. c. 1. p. 110. in verb.*
Inprimis verò illud eſt admirabile, qvod pueruli magi-
carum ſortium imperitisſimi hanc artem pronuncia-
tis quibusdam vocibus exercent, vinctâqve ligulâ. De

Rio-

Rioleo generali apud Blesenses legato me audire memini, puerulum quendam in templo nodationem ligulæ sub petaso suo facientem à muliere fuisse perceptum, qvo tempore conjugio duorum benedicebatur, eumqve deprehensum cum suâ ligulâ aufugisse. &c. hæc Ille. Cœterùm ut varietatem hujus sceleris diabolici ordine edoceamus, pariter & in qvantum immundus ille spiritus, justissimo DEI judicio permittente, in impediendis actibus matrimonialibus valeat, perspicaciùs demonstremus, constat ex Historicis, posse corpora impediri *primò*, ut ad se mutuò appropinqvare
neqveant; Vel cùm jungi conantur, phantasma aut 7.
quid aliud injiciatur intermedium, *Palud. in 4. sent. dist. 34.* Conducit hîc referre ex *Vincentio Belvacensi lib. 26. histor.* seqvens exemplum: Romæ, inquit, temporibus
Heinrici III. Imp. fuit juvenis quidam locuples & nobilis; 8.
qvi recens uxorem duxerat & sodales suos opiparo convivio nuptiali exceperat. Exivere in campum à prandio lusuri pilâ. Sponsus, ludi Dux, pilam poscit, & ne excideret annulus sponsalitius, inserit eum statuæ Veneris æreæ, qvæ in proximo erat. Omnes unum petebant, sic citò defatigatus ipse à ludo secessit, & ad statuam rediens, annulum recepturus, Ecce, videt digitum statuæ usque ad volam manus recurvatum, & qvantumvis conatus annulum recuperare, nec digitum inflectere, nec annulum valuit extrahere. Rediit ad sodales; nec illis de ea re qvicqvam indicavit. Nocte intempestâ, cum famulo ad statuam revertitur & extensum ut initio digitum reperit, sed sine annulo, jacturâ dissimulatâ, domum se confert ad novam nuptam. Cumque torum genialem ingressus, sponsæ se jun-

jungere vellet, ſenſit impediri ſeſe, & quiddam denſum ac nebuloſum in ſuum conjugisque corpus volutari, ſentiebat id tactu, videre tamen nequibat. Hoc obſtaculo ab amplexu prohibebatur. Audiebat enim vocem dicentem: Mecum concumbe, quia hodiè me deſponſaſti. Ego ſum Venus, cui digito annulum inſeruiſti, nec reddam. Territus ille tanto prodigio, nihil referre auſus eſt vel potuit: inſomnem duxit noctem illam, multum ſecum deliberans. Sic factum eſt per multum tempus, ut qua hora cum ſponsâ concumbere vellet, illud idem ſentiret & audiret. Erat ſanè aliàs valens, & domi aptus & militiæ. Tandem uxoris querelis commonitus; rem parentibus detulit. Illi habito conſilio, Palumbo, cuidam presbytero ſuburbano rem pandunt. Is autem erat necromanticus & in maleficio potens. Illectus ergò promiſſis multis compoſitam epiſtolam dedit juveni dicens: Vade illâ horâ noctis ad compitum ubi quatuor viæ conveniunt & ſtans conſidera. Tranſient ibi figuræ hominum utriusqve ſexus omnisque ætatis & conditionis, equites & pedites, quidam læti & quidam triſtes, quicquid audieris non loqvaris, ſeqvitur illam turbam quidam ſtaturâ procerior, formâ corpulentior: curru ſedens: huic tacitus epiſtolam trades legendam; ſtatimque fiet, quod poſtulas. Ille autem Juvenis totum implevit, ut edoctus erat. Viditque inter cæteros ibi mulierem in habitu meretricio, mulam inæquitantem, crine ſoluto per humeros jactato, vittâ aureâ ſuperius conſtricto, auream virgam gerentem in manibus, quâ mulam regebat, præ tenuitate veſtium penè nuda apparebat, geſtus exequens impudicos. Ultimus Dominus turbæ terribilis in juvenem oculos exacuens ab

axe

axe ſuperbo Smaragdis & unionibus compoſito, cauſas viæ ab eo exquirebat. Nihil ille contra, ſed protenta manu epiſtolam ei porrigit. Dæmon notum ſigillum non audens contemnere, legit ſcriptum, moxqve brachiis in cœlum elevatis: DEUS, inquit, omnipotens; qvamdiu patieris nequitias Palumbi presbyteri: Nec mora ſatellites ſuos à latere mittit, qui annulum ex torqverent à Venere. Illa multum tergiverſata, vix tandem reddidit. Ita juvenis voti compos ſine obſtaculo potitus eſt diu ſuſpiratis amoribus. Palumbus autem, ubi Dæmonis clamorem ad DEUM audivit de ſe, intellexit ſibi præſignari finem dierum. Qvo circa omnibus membris ultrò citròqve truncatis, miſerabili pœna defunctus eſt, confeſſus coram populo Romano inaudita flagitia. Hæc *Belvacenſis*: in cujus tamen verbis, (ut refert *Speidel. in l. c.*) videre licet & maleficium diviſionis, & curationem nefandam per aliud maleficium. *Deinde* inducitur quandoque malefici- 9.
um oblivionis, quo viri uxores, & contrà, adeo ſusqve deqve habent, ut videantur earum non meminiſſe. *Tertiò* tantum odium inter conjuges concilia- 10.
tur nonnunquam, ut ſe invicem perferre non valeant, *arg. cap. 2. reqviſiſti. 33. quæſt. 1. Fern. l. 2. de abdit. rerum cauſ. c. 16.* Hoc fieri dicunt per calumniam ſuſpicionemve, aut morbi alicujus immisſionem: Sicut cum vel Venus, juxta Steſichorum, vel Medea injecto pharmaco fecit, ut omnes fœminæ Lemni graviter ore olerent, ſicque illas mariti ſint aſpernati. Aut id faciunt, phantaſia turbata, ſic ut aliquid in compare vehementer odioſum vel formidabile ineſſe credant: Sic Valazca (teſtib. *Ænea Syl-* 11.
vio

vio in Hist. Bohem. & *Baptism.* ; *Egnatio l. 3. c. 2.)* Libussæ Bohemæ famula, mulieres â Virorum amore per veneficium adeò avertit, ut conjuratione inita, suos quæque maritos, fratres, patres, filios, una nocte interfecerint, mox arce Vissegradensi obsessa Primislai Regis exercitum ad interne-
12. cionem ferè ceciderint. *Quartò* ligantur (ut supra monitum) connectunturque ligulæ in diem unum, in annum, in perpetuum, aut quamdiu ligamenta non soluta perdurant: homines tamen esse quos nodare haud possis, esse quos nodatio impediat ante conjugium, esse quos impediat conjugatos, demonstrat manifestè *Bodinus de l. p. m. 110. in verbis:* Pictavii quoque cùm in magnis conventibus vices re-
13. gii Procuratoris gererem anno M. DC. LXVII. acta cujusdam quæstionis in magos mihi sunt tradita: quam causam cum meæ hospitæ, mulieri honestæ & bona existimatione, narrarem, illa tanquam istius artis doctissima, me & Jacobo Bauvasio, relationum actuario præsentibus, explicavit esse formas nodandæ ligulæ amplius quinquaginta, sive ad virum conjugatum impediendum, sive ad mulierem solummodò, ut alter alterius fastidiens infirmitatem adulteriis sese pollueret: plerumque tamen virum illigari, vix mulierem: ligari autem posse in diem unum, in annũ, in æternum aut quantisper duratura esset ligula, nisi solverentur: esse nodationem qua unus alterum deamet neque redametur, sed odio sit vehementissimè: esse qua inter se amarent ardentissime, sin ad congressum veniretur alter alterum laniaret unguibus & cæderet indignissimè: ut mihi fuit aliquando Tholosæ narratum, eò pa-

ctofv-

cto fuisse virum mulieremque illigatos, qui post triennium reconciliati pulchram sobolem progenuerint. Et quod amplius mirer, narrabat mulier dum vincta manebat ligula, tumores ei adnascentes veluti verrucas spectari, indicia (ut ajebat illa) liberorum, qui fuissent editi nisi occupavisset nodatio. *Quintò* spiritus vitales à 14.
veneficis prohibetur transire ad membra generationis, & sic seminis decisio impeditur, *Johann. Ern. Gerhard. T. VII. de conj. n. 661. Joh. Major. in 4. Dist. 34. a. 3.* *Sextò* 15.
semen prolificum exiccatur & subtrahitur. *Septimò* 16.
virga viri flaccida redditur, saltem quando quis vult actum matrimonii exercere; exemplum profert *Paul.* 17.
Griland. in tract. de Sortileg. qv. 6. num. 14. & seqq. *Octavò* partes genitales retractantur & absconduntur, ut planè ademtæ esse appareant, *vid. Sprenger. in Mall. Malef. P. 2. lit. O. c. 7. in fin.* Latiùs hos modos per exempla & 18.
testimonia illustrat *Mart. Delrio, lib. cit. 3. p. 1. qu. 4. sect. 8. & 9. p. m. 417. & seqq* qui etiam *ibid. ex Sax. Gramm. l. 14. Hist. Danor.* huc refert veneficium, quod contigit viris in urbe Karentina (apud Rugianos) qui si quando cum fœminis coirent, canum exemplo adhærere cœperunt, nec ab ipsis morando divelli potuerunt, quid? quod interdum perticis è diverso appensi inusitato nexu ridiculum populo spectaculum exhibuerunt.

THESIS V.

1 Impotentiam quoq; causatur membrorum genitalium non correspondens aptitudo.

2. Puer naturaliter ad procreandum inhabilis.

3. Duæ exceptiones ex Mascardo.

4. Exempla ex Covarruvia puerorum generantium.

5. *Judicium verum de hâc generatione.*
6. *Senes an potentes dicendi?*

1. Non minoris non valentiæ arguitur quintò, qui virgam habet nodoſam, *Ungepaur. Comment. extr. de frigid. & maleſic. n. 3. p. m. 555.* vel adeò carnoſus eſt, ut nun-
2. quam poſſit mulierem ſine periculo mortis deflorare, *d. l. c. n. 7.* item puer, ad reddendum debitum adhuc inhabilis, *c. 2. quod ſedem. extr. de frigid. Panorm. h. l. n. 1. & c. 4. n. 2.* puta per naturam, non verò per leges civiles, *l. 9. de*
3. *ſponſal. l. 4. d. Ritu. Nupt. nov. 110. c. 2. verſ. novimus:* (aliàs duos caſus eſſe, in quibus ritè contrahere matrimonium impubes valet, aſſerit *Joſ. Maſcard. de prob. vol. 2. concl. 888. n. 10.* primus, cum de facto probata eſt coeundi potentia, quod ſc. impuberes ſe mutuò cognoverint: ſecundus, qvando aliàs adparet, impuberem cum aliis
4. extra matrimonium coiiſſe.) Sic *Covarr. d. matrim. part. 2. tom. 1. c. 5. de ætat. in matrim. requiſit. n. 6. p. m. 167. lit. b. ex Gloſſ. in ſum. 20. q. 1.* mentionem facit pueri, qui cum eſſet novem annorum, nutricem impægnavit: teſtatur enim *Hieron. in Epiſt. ad Vital. Presbyt.* prout ex eodem *Covaruv. l. c.* deducit *Borcholt. ad pr. Inſt. de nupt. verb. maſculi puberes.* Salomonem in decimo anno genuiſſe Roboam: Similiter Achazæ in annotat. undec. Ezechiam procreaſ-
5. ſe: Sed de his Hieronymi locis ſeqventia profert *Covarruv. l. c.* utrumqve tamen certum omninò non eſſe, apparet ex poſteriori D. Hieron. opinione; & falſum eſſe cenſet *onnan. l. 8. comment. Jur. Civ. c. 4.* Qvid tamen de ſene judicandum? omninò ipſi conceditur matrimonium, qvia ille habitum poſſidet adhuc reducibilem in actum, *Sanchez. 7. Diſp. 92. n. 19. & ſeqq. Panorm. l. c. n. 5. Zoeſ. h. t. n. 2.*

THE-

THESIS VI.

1. Variæ causæ mulierum impotentiam causantes.

2. Mulieres virum admittere non valentes in Jure civili non sanæ dicuntur.

3. Impotentiam conciliat etiam clitoridis justo major prominentia.

4. Mulier Turcica alteram à se adamatam imprægnans, ex Zachiâ.

REstant denique depravatæ qualitates quædam, mu- 1.
lieres potissimùm afficientes. Sunt namque aliæ tan-
tâ corporis infirmitate correptæ, ut debitum præstare
neqveant, *c. quod proposuisti. 32. qu. 7.* aliæ ita arctæ, ut mu-
lieres fieri non possint, *c. 6. fraternitatis. extr. de frigid.*
Panorm. ad c. 4. consultationi. h. t. num. 2. Hinc etiam non
sanæ dicuntur, *l. 14. §. 7. de ædilit. edict.* Non curamus
autem hîc, an ista muliebrium locorum obseratio ex na- 2.
turalibus causis oriatur, vel per medicamenta, *Panorm.*
ad c. 6. fraternitatis. extr. de frigid. num. 4. aut morbum,
Zacchias l. c. l. 3. tit. 1. quæst. 7. num. 30. cui jung. Aristot. 10.
de histor. anim. 6. an à dæmone præstigiis causetur; i-
tem an arctitudo sit in ossibus, an in carnositate, *add.*
Delr. & ib. cit. Autt. l. 3. p. 1. p. m. 519. Similem impo-
tentiam conciliat clitoridis justò major eminentia, 3.
quæ copioso spiritu influens conjunctioni conjugali
obstaculum affert, *Riol. l. c.* quando prodigiosa ista
quantitas à veteribus annotata & prætereà etiam in Tur-
cicâ quadam muliere (alteram à se adamatam com- 4.
primente atque vi mox anteacti cum proprio marito
congressus eandem imprægnante) observatâ, *Zach. l.*
c. l. 3. tit. 1. qu. 8. ex Amat. Lusitan. cent. 7. curat. 18. nostro se-

culo reperiatur, *Dn. Rolfinc. l.c. part. 2. c. 42.* Sed fœcundiorem infirmitatum enumerationem contemplationi medicorum magis perſpicuæ ſeponimus, quod ſuo quoque modo proſecutus eſt *Paul. Zach. l. c. lib. 2. qu. 7. per tot.*

CAPUT SEPTIMUM
DOCET ACTIONEM PERSONALEM, QVÆ IN HOC NEGOCIO PARTI VEGETÆ COMPETERE POTEST.

1. Libellus & actio quæ jure canonico datur mulieri, quæ mater fieri diſcupit.

2. Mulier nubens marito impotenti poteſt à Conſiſtorio ſeparationem petere.

3. Sententia Conſiſtorii Wittebergenſis.

4. Marito ducens uxorem, cum qvâ ob corporis vitium coire nequit, ſimile conceditur jus.

5. Confirmatur alio ejusdem Conſiſtorii Witteberg. pronunciato.

6. Aliud præjudicium ex Carpzovii Jurispr. Conſiſt.

7. Sæpius unus conjugum alterius imbecillitatem per multos annos ad mortem usq; reticuit.

8. 9. Singularia hujus rei exempla.

10. Quid juris ſi impotens cum privativè impotente, aut probè conſcius cum debili matrimonium contraxerint?

11. Sententia in hac re Panormitani.

12. O-

12. *Opinio propria subnectitur.*
13. *Quid dicendum de negativè impotentibus?*
14..15. *Opinio & argumenta negativa Pauli Cypræi.*
15. *Rationes partis affirmativè.*
17. *Responsio ad quinq; argumenta negativa.*
18. *Maritus impotens separationem quoque sollicitare potest.*
19. *Modò habeat probationes sufficientes.*

COgnito demum aliquatenus, & delineato breviter malo, quo sacra connubiorum nonnunquam mirum in modum divexantur, cognoscenda quoque veniunt necessitate postulante medicamina, quibus innocens ac per infirmitatem alterius contristata pars libertati pristinæ, judicis sententiá exponi, adeoque in integrum restitui valeat, *Dn. Strauch. Dissert. 2. aphor. 9. &* 1.
29. Perspicimus autem ponderosissimu fermè momentum positum esse in actione, quâ mediante uxori ad Episcopum proclamanti: volo esse mater, volo liberos procrare & ideò matrimonium accepi, sed vir, quem accepi, frigidæ naturæ est, & non potest illa facere, propter quæ illum accepi; contractas nuptias rescindere, aliique si vult, nubere in Domino, permittimus, 2.
c. 2. requisisti. 33. qu. 1. c. 1. accepisti. c. 7. literæ. extr. de frigid. l. 10. C. de repud. Gerhard. l. Theol. de Conjug. num. 662. Speckhan. Synopt. exeg. jur. Civil. & canon. ad c. 33. qu. 1. p. m. 315. Heinr. Kornman. de jur. virg. c. 32. Patescit hoc ex 3.
pronunciato Consistorii Witteberg. *apud Dedekenn. vol. 3. lib. 4. sect. 6. uum. 5. p. m. 349. in verb.* In Ehesachen Magdalenen N. Klägerin an einem und Andreas N. Beklagten andern Theils/ ist durch die verordnete Commissarien vor Recht erkaudt/ und dieser Abschied gegeben worden: Nach dem Klägerin sich über ihren Ehemann/ wel-

cher ihr 5. Viertheil Jahr ehlichen beygewohnet/seiner Im-
potentien halben beklaget / und ihr darauff bey 6. ehrli-
chen Männern als 3. Bürgermeistern / den Land-Richter
und zween Raths-Herren / seinen Nachtbarn zu V. durch
den Herrn Superattendenten und dem Schösser zu N.
nach Erinnerung ihrer Eyde und Pflicht / Erkundigung
nehmen lassen / die dann bey Eydes-Pflichten bekand und
ausgesaget / daß sie biß in die 30. Jahr mit beklagten An-
dreas N. umbgangen und ihnen nicht bewust / daß er je-
mahls mit Weibern zu schaffen gehabt / auch dessen nie-
mahls b ezüchtiget worden / und daß er fast ungerne mit
Weibern umbgangen / und auff sie gescholten / auch allda
ein gemein Gerüchte gewesen / daß er impotens, Daß er
auch durch obbenandte Männer / neben den Bader besich-
tiget und gantz untüchtig Augenscheinlich zum Weibe be-
funden / ihme auch nicht zu helffen / daß er einen Weibe nü-
tze werden könte und er selbst vor uns bekand / daß er bey
Zeit seines Lebens in der Jugend / noch im Alter von An-
fang seiner ersten Mannes-Kräfften / zu Weibern nicht
tüchtig gewesen / auch die Zeit seines Lebens nie keine Magd
noch Weib erkand / noch einige Zuneigung zu ihr gehabt /
und Klägerin ihme deßwegen vertrauen lassen / daß sie seine
Hauß-Arbeit mit Kochen und andern versorgen solte / und
solches alles mit seinen leiblichen Eyde zu beteuren erboten
und an stat des leiblichen Eydes / welches augenscheinlich
befunden / auff sein Christlich Gewissen genommen / als ist
Klagerin auff ihr Anhalten von gedachten Andrea der
Ehe halben / ledig und loß gezehlet / und ihr sonsten ander-
weit / ihrer Gelegenheit nach / sich zu verehlichen verstat-
tet und nachgelassen worden. Und weil Andreas N. wegen
des Verlöbnüß und Hochzeit / und sonsten dieser Sachen
halben Klägerin in Unkosten bracht / ist ihm aufferle-
get vor solches alles Klägerin 30. Gülden zu geben rc. Vor
wel-

welchen des Beklagten Hauß und Hoff und andere seine
bereiteste Güter der Klägerin sollen hypotheciret seyn/wie
er denn solches vor uns also gewilliget und sollen darüber
der Klägerinnen ihre Bett und Leinen-Geräthe / Hauß-
rath und anders / so sie zu ihme gebracht/unverwegerlich
folgen. Eadem intelligas velim de marito, qui pater fi- 4.
eri discupit, *c. 6. fraternit. extr. de frigid. Jason. in l. 1. num.*
11. si quis jus dicent. non obtemper. Boer. Decis. 48. num. 3.
Mod. Pistor. l. 2. cons. 47. n. 29. quod si forte talem ele-
gerit sibi inscius, *Dn. Struv. Ex. 36. th. 40.* qualem, ut-
pote nimis arctam deflorare non valuerit, *cit. c. extr. in*
fin. quia non potest videri nupta, quæ virum pati non
potest, *l. 30. quand. dies legator. Schneidevvin. comm. ad tit.*
de nupt. part. 4. n. 22. Huc facit alia sententia Consisto-
rii VVitteberg. *apud Dedekenn. cit. vol 3. l. 4. sect. 6. num. 8.* 5.
p. m. 350. in verbis: Als ihr uns berichtet / welcher Gestalt
ein junger Geselle N. N. bey Euch eine Jungfrau zur Ehe
genommen/ und wie derselbe ihr in die 16. Wochen ehlichen
beygewohnet / daß er sich beklaget / daß sie zu ehlichen
Wercken untüchtig / derwegen gebeten / euch des Rechtens
darüber zu berichten: Demnach unterrichten wir ꝛc. Vor
Recht / habt ihr erstlichen durch vier ehrliche alte Gott-
fürchtige und erfahrne redliche Matronen / so offt und viel-
mahls in Kindes-Nöthen gebraucht und ihres Raths ge-
pflogen / neben der geschwornen Kindfrauen / noch 4. ande-
re der Eltesten Frauen Mitbürgerinnen und 2. Kindfrau-
en / des N. N. Vertraueten zu besichtigen geordnet / sie
auch die rechte unverfälschte Warheit auszusagen beeydi-
get/und haben obgemeldete 8. Matronen neben 3. Kindfrau-
en bey ihren gethanen Eyd / nach gehabter Besichtigung
berichtet und ausgesaget / daß dieselbe Person also beschaf-
fen/ daß ihrem vertrauetem Mann unmüglich mit ihr Eh-
liche Werck zu treiben und zu vollbringen / daß auch umb
sie also bewant / daß ihr durch menschliche Hülff und

Mittel

Mittel nicht könne noch möge geholffen werden/ aus Ursachen / so in euren Bericht ferner angezeiget worden/ und es ist dieselbe Person geständig / daß ihr Vertrauter Ehliche Wercke wegen ihres Leibes des Orts Gebrechligkeit und Ungeschickligkeit nicht treiben können / so würde auch N. N. auff sein Ansuchen von derselbigen ihme vertrauten Person der Ehe halben billich loßgezählet / und da er sich ohne Gefahr seines Gewissens ausser dem Ehestande nicht enthalten könte / ihme sich mit einer andern zu verehlichen gestattet und nachgelassen / aber derselben Weibs-Person / als die zu ehlichen Wercken untüchtig erkandt und bekand wird / sich mit einem andern in Ehestand zu be-
6. geben nicht vergönnet oder nachzulassen. Idem alio Consistorii supremi præjudicio confirmat *Carpz. in Jurispr. Consist. lib. 2. defin. 201. n. 13. p. m. 300. in verb.* Hat eure Tochter sich vor 12. Jahren verehlichet / und bißhero keine Leibes-Frucht zur Welt gebracht / darüber zwischen beyden Eheleuten grosser Zanck an welchen Theil der Mangel seyn möge / sonderlich bey eurer Tochter erfolget / den zu verhüten ihr fleissige Nachforschung gehabt und nach vorgehender Besichtigung durch 2. geschworner Wehe-Mütter allhier gethane Aussage so viel in Erfahrung gebracht / wie es mit eurer Tochter von Mutterleib an also beschaffen / daß sie keines Mannes schuldig werden / noch Kinder zur Welt gebähren / ihr auch ohne höchste Leibes-Gefahr weder gerathen noch noch geholffen werden könte ꝛc. Wofern nun euer Eydam sich länger nicht gedulden / noch mit unverletzten Gewissen ausser dem Ehestande leben könte; So wäre bey seiner Geistlichen Obrigkeit die Ehesonderung zu suchen ihme unbenommen / und ergienge alsdann darauff / so woll seiner anderweit Verehligung
7. halber / was recht ist / V. R. W. Monendum tamen

hic

hic, non semel atque iterum inventos fuisse conjuges, quorum unus alterius imbecillitatem per tres, quatuor, imò octo vel plures annos æquo animo tulit. Refert *Val. Arithm. l. c.* tempore Corasii ab officiali Albaugustano diremtum fuisse matrimonium, in quo conjuges per octo & decem annos absqve ullo congressu propter mariti impotentiam vixerant: ejusdem farinæ testem videmus *Melanchthonem lib. cit. tit. d. Natur. Spad.* qui viri doctissimi Simonis Grynei socerum narrasse dicit, se mortuâ prima uxore duxisse virginem, quæ undecim annos nupta fuerat viro frigido, nec unquam ulli ante mortem illius hanc patefecerat, *add. Carpz. in Jurispr. Consist. l. 2. tit. 11. de 200. num. 17.* Singulare quoque est, qvod ex *Petr. Bemb. libr. sing.* recenset *Salmuth. in Respons. pro Matrim. Princip. cum virg. nob. p. m. 71.* de Elisabethâ Gonzagâ Mantuanâ, Urbini Ducissâ, daß ob wohl ihr Herr und Gemahl / Guido Ubaldus Hertzog zu Urbin, entweder von Natur oder durch Zauberey zu den Ehlichen Wercken untüchtig gewesen / sie es doch also geheim gehalten habe / daß es kein Mensch habe erfahren können / und die Unterthanen / die gerne einen Erben von ihr gehabt hätten / ihr die Schuld der Unfruchtbarkeit gegeben. Und da nach Verfliessung 2. gantzer Jahr der junge Hertzog seiner Gemahlin solche seine Unvermögligkeit offenbahrte / seine und ihre Unglückseeligkeit beklagte / tröstete ihm diese löbliche junge Fürstin und sagte mit fröhlichem Gemüth / Er solte dieses Unglück gedultig erleiden und gedencken es seyen vor Zeiten viel Könige gewesen / und seyen davon noch / die keine Kinder haben / weilen offt von frommen Eltern böse und gottlose Kinder gebohren werden. Was sie anbelanget / soll er sich nicht bekümmern / ihre Liebe solle deßwegen gegen ihm nicht gemindert werden:

Wie sie ihr Jungfrauschafft zu ihm bracht/ / also wolte sie
dieselbe biß auf ihr Ende auch behalten und keinen Men-
schen auch ihrer Amme die Sache nicht offenbahren ; Ha-
ben also diese beyde Fürstliche Personen in Lieb und Einig-
keit 14. Jahr der Gestalt beysammen gewohnet. Und we-
re auch die Sache nicht offenbahr werden / wenn nicht der
Hertzog selbst solche dem König in Franckreich offenbah-
ret hätte/als Er zu Jhm ümb Hülffe/wieder den Cæsarem
Borgiam der Jhm aus seinen Fürstenthumb vertrieben/
10. sich naher Meyland begeben hatte. Quæritur autem (1.)
si impotens cum impotente privativè; aut probè con-
scius cum debili hoc modo matrimonium inierit? pro
remansione certè magis, quàm separatione pronunci-
andum videtur: qvum eam habeat(præsertim jure ca-
nonico, & ratione sanandi expectationis,quam semper
quælibet pars interim à DEO sollicitare debet)tan-
quam sororem, quam tanquam uxorem habere non
potest ob finis carentiam,utputa procreationem sobo-
lis: (quamvis non verisimilis, imò incredibilis videtur
Alexandro III. hæc conjunctio, *in c. 4. consultationi. extr. de frigid. & Maleficiat. Petr. de Ancharan. h. l. num.* 2. cum
nihil utilius sit nuptiis , tanquàm solos homines
facere volentib.) Approbant responsionem nostram
c. 2. requisisti. 33. q. 1. cit. c. 4. consultationi c. 5. laudabilem. extr. de Frigid. Jul. Pac. Isag. h. t. Erasm. Ungep. h. t. num. 6. Joh. Andr. h. t. Heinr. Cardinal. Hostiens. h. t. Petr. d. Ancharan. ad c. 1. accepisti. h. t. n. 1. Rationem etiam quan-
11. dam , quare ejuscemodi consortium tolerari queat,
superaddit *Nicol. d. Tudeschis, Abb. Panorm. ad c. 4. consultationi. extr. de Frigid. n. 3. p. m. 35. a.* quod sicuti veri conju-
ges possunt sibi invicem promittere continentiam mo-
rando simul, *cap. 4. quod DEO 32. quæst. 5.* (secus si
vir dicat continere volo , nolo autem uxor, & con-

tra

tra *c. 1. si dicat. 33. qv. 5.* compellendi enim sunt ad actum officio magistratus, *Petr. de Ancharan. l. c. n. 12.*) ita etiam isti simul morari valeant in continentiâ, & pro hoc adducit *text. fin. c. 11. omninò distinct. 31.* ubi *Paul. 1. ad Corinth. 9. v. 5.* de uxoribus Apostolorum dicit: num qvid non habemus potestatem ciumducendi mulieres sorores; unde putat conjuges appellari sorores, inquibus non exercetur carnale commercium: ast hæc Autori prolixius applicanda juxtim & enucleanda re- 12.
servamus. Cœterùm ut hanc quæstionem concludamus, sufficiat cuilibet impræsentiarum innotescere, quod nostra responsio eatenus procedat, quatenus nimirum partes consentiunt, & deest periculum incontinentiæ in alterutrâ, quibus denegatis, optimè separari possunt, *Heinr. Zœsius: h. t. d. Frigid. n. 5. Petr. d. Ancharan. l. c. Heinr. Boich. Dist. ad c. 6. Fraternitatis. h. t. n. 6.* ita tamen ut potens maritus inhabilem mulierem, cum qua scienter contraxit sive ipse ad alia vota transeat, sive non, perpetuò alat, *Innoc. ad c. IV. consultationi extr. de frigid. Panormit. h. t. Hostiens h. t. Lud. Schrader. l. c. num. 106.* 13.
Qvid autem dicendum, ut secundum proponamus, de impotentibus negativè, (videlicet iis, qui ex post facto, non ab initio & à naturâ, tales extiterunt) utputa castratis, thlibiis atq; thlasiis cum virgine aut viduâ viripotente contrahere conantibus? Respondet *Paul.* 14.
Cypr. de Jur. Connub. p. 1. de Sponsal. n. 41. & 42. p. m. 35. planè huic vitâ conjugali interdicendum esse, imò magistratum jussa separatoria, nõ obstante conjugis petitione ipsum socium expostulante, neque ullam de illius vitio querelam instituente, intercedere debere: qvoniam le- 15.
ge divina (1.) eunuchi prohibeantur mariti fieri, *Deuteronom.* 23. (2.) Imperatorum constitutionibus id vetitum sit. (3.) benedictionis divinæ capacitatem hoc

conjugium non habeat. (4.) nulla causa, propter quam matrimonium à DEO institutum est, hîc recenseri valeat (5.) periculum incontinentiæ in parte sana præsumatur: addit etiam *citat. Paul. Cypr. l. dict.* vix esse, ut defendi possit Papa *Alexander*, vel ut alii volunt *Lucius in cap. requisisti. 33. qu. 1.* qui vult eas, quæ pro uxoribus haberi non possint, pro sororibus habendas. Quò etiam inclinat *Facultas Theolog. Argentor. in Respons. 1667. 8. Nov.*

16. Nos, salvo aliorum judicio, affirmamus omninò ipsi eunucho consortium aliquod (nam verum matrimonium ullo pacto ab eodem iniri, dici non potest, *add. th. 2. huj. cap. & th. 1. cap. 5.*) cum fœminâ potente concedi posse, modo non sit talis, quem descripsimus in *th. 2. & 3. cap. 6.* qui videlicet ex malè intellectis & applicatis nefandissimæ artis secandi instrumentis membra genitalia adhuc erigere, pruritumque citra generationis effectum accendere valet; sed talis potius, cui vel penis, vel testiculi una cum effectu ac incitamento libidinis resecati sunt. Hæc etenim societas, terminis sic stantibus, uxoreque perpetuam castitatem vovente, contra bonos mores, non est, adeoque toleranda venit: nec est quod quidam ad minimum turpes sermones ac tactus hîc fortè intercedentes objiciunt; cum etiam ejuscemodi actus animadversione digni ex accidenti in quolibet vitali cõsortio sese offerre valeant; adde quod mutuum tantum adjutorium, cuilibet congregationi ferè commune, hic intendatur, quo feliciter obtento

17. atque conservato, scortatio omnis præsumta annihilatur. Hinc etiam patescet responsio ad rationes antea allatas: Prima siquidem desumta est à prohibitione divina ex *Deuteronom. 23. v. 1.* Sed ibi eunucho interdicitur congregatione sanctâ, non consortio ac mulie-

re;

re; perſpicitur hoc ex verbis ſequentibus, ubi ſimiliter ſpurius & ex ſpurio natus à Domini ſanctâ univerſitate arceantur etiam poſt generationem decimam, qvibus ſanè conſortium mulierum denegari nequit. Secundum argumentum urget interdictum Imperatorum, quod maximè continetur *in Novell. Leon.98.* ubi naturæ inſidiatores vocantur, qui utut caſtrati ſint, matrimonium ineunt: Sed hiſce matrimonium atque etiam conſortium muliebre nosmet ipſi denegamus *add. th.2.th.3. c. 6.* quoniam hi vaniſſimè congrediendo ſemen fœmellæ corrumpunt, pariter ac occaſionem nefaria patrandi paratiſſimam ſubminiſtrant. Tertium dubium deſumtum eſt à benedictionis divinæ capacitate, quæ vel conſiſtit in generatione prolis, attamen hic ne intenditur quidem: vel ſe fundat in felicitate mutui adjutorii omnisqve vitæ conſortii, & optimè hic adeſſe poteſt. Quartum movet omnem cauſæ finalis in matrimonio abſentiam, quam etiam principaliter, (cum nec verum matrimonium, ſed individuum conſortium ſit,) deficere lubentes confitemur, quoniam nobis jam ſatisfacit, reperiri minus principalem cauſam, adjumentum videlicet reciprocum. Qvintum, idqve firmiſſimum fermè, ratiocinium opponit periculum incontinentiæ in parte ſanâ: Sed hoc ſi ſubeſt, ipſimet ſeparationem concedimus, *vid. Heinric. Zoeſ. ad tit. extr. de frigid. & Maleſic. n.5.* nec impunè fert mulier, quæ durante ſocietate alii ſe ſtuprandam ſubjecit, quoniam punitur pœna ſtupri ſimplicis. Hinc igitur clarum eſt, optimè defendi poſſe *Alexandrum*, vel ut alii volunt, *Lucium*, (qvi tamen non citatur *in c. requiſiviſti. 33.q.1.* prouti ſtatuit *Paul. Cypr. l.c.* ſed in *c. 4. conſultationi extr. de frigid.* quanquam *in c.2. requiſiſti.* eadem ſenten-

tia à *Gregorio* proponatur,) quia eam', quæ consentit, æque ac continentiam servare promittit, tanquam sororem quilibet (terminos â nobis hactenus propositos non egrediens) castratus optimo modo habere potest, *add. Heinric. Boich. Petr. de Ancharan. cit. in quæst.*
18. *2. h.th.* Præterea maritus impotens separationem sollicitare potest, non refragante eo, quod copulæ impedimentum in proprio corpore absconditum sit: Declinat quippe hoc pacto matrimonii onera, ad quæ perferenda
19. aliàs constante matrimonio tenetur, *Panormit. l. c. ad c. 1. accepisti. n. 1. Besold. Opusc. Jurid. l. c. pag. 62.* modo habeat, probationes sufficientes: Sic audiendus non est allegans impotentiam ob defectum unius testiculi, nisi testis relictus parvus & insufficiens sit, & in summâ ea vitia sortiatur, quæ etiam ambobus communia esse possunt, *Zach. l. c. lib. 3. tit. 1. q. 9. num. 6.*

Thesis II.

1. 5. An inter personas, quarum vel una, vel utraque est impotens, rescindatur matrimonium?

2. Nullum verum matrimonium inter impotentes adfuisse præsumitur.

3. Cessat pœna adulterii ordinaria in conjuge, qui ob alterius impotentiam cum aliena persona extra conjugium sese commiscuit.

4. Idem dicendum de personâ solutâ coadulterante.

6. An connubia senum nulla quoque judicanda sint?

7. Ex L. Julia & Papia Sexagenarius & quinquagenaria ad generandum habebantur inhabiles.

8. Senum diversa consideratio.

9. Senum conjugia tolerantur non magnoperè probantur.

19. Ali-

49

10. *Aliquando conjugium senis cum juvenculâ dissolvi potest.*
11. *Sententia consistorii Wittebergensis.*
12. *Quid juris si anus juveni nubat?*
13. *An sterilitas sit justa dissolvendi matrimonii causa?*
14. *Jure Pandectarum sterilis separari poterat.*

TErtiò disceptatur, an inter hasce personas contra- 1.
ctum matrimonium rescindatur, an verò ab initio
nullum prædicetur? Dicimus utiqve hîc non tam re-
scindi conjugium, quam nullum prædicari ipso jure, *c.
1. accepisti, ibique Heinric. Cardinal. Hostiens. pr. extr. de frigid.
& Maleficiat. Auth. sed hodiè C. de Repud.* (nisi τὸ rescindi
abusivè sumere velis, uti in *Rubric. ff. Quæ sentent. sin. apel-
lat. rescind. L. Ne quis. 1. §. sed si 1. de Feriis. L. Jurisprudern-
tium. 7. §. & generaliter. 16. de Pact. L. Et eleganter. 7. pr. de
Dol. Mal. junct. L. Si de dolo 5. C. de Rescind. Vendit. Authent.
Sacramenta. C. si advers. vendit.*) Præsumitur enim nul-
lum unquam adfuisse, *Novell. Leon. 98.* qvum semper 2.
defuerit illius finis atqve consummatio, copula videli-
cet carnalis, *Johann. Schneidevv. Comment. ad Tit. Instit. de
Nupt. th. 8. lit. a. Philipp. Melancht. Loc. de Conjug. Summ. cit.
de Natura Spadonum. p. m. 789. Johann. Gerhard. l. num. 658.
Chrysostom. Dornsperg. Tract. de Exception. Adulter. part. 1. sect.
3. cap. 7. num. 138. & seqq. Benedict. Carpzov. p. m. Jurisprud.
Consistorial. libr. 3. Tit. 1. de fin. 12. num. 1. Paul. Cypr. l. c. p. m. 325.
num. 41. Heinric. Boich. ad c. fraternitatis. 6. extr. de frigid. &
Malefic.* (quamvis *Kornmann. d. tract. de Jur. Virgin. cap. 32.* 2.
asserere velit, in contrahente scienter cum impotente
esse verum matrimonium:) Hinc etiam cessat pœna
adulterii ordinaria in marito vel uxore, qui quæve ob
conjugis vel ante matrimonium latentem, vel post ma-
trimonium initum morbo aut violentiâ contractam

(quæ

(qvæ pœna tamen gravior) impotentiam coëundi; qvemadmodum, si alter conjugum debitum præstare nolit, (utut dissentiat *Nicol. Boër. Decis. 297. num. 16.*) cum alienâ personâ extra conjugium se commiscet, mitiorq; vel relegationis, vel fustigationis animadversio adhiberi debet: qvoniam pars valida non tam malitiosè juxtim & temerè, quam ope conjugali destituta & remedio ustionis privata levius qvoqve delinqvit, *vid. Andr. Tiraquell. de pœn. mitig. caus. 1. n. 5. & ex hoc Benedict. Carpzov. Prax. Crimin. part. 2. quæst. 58. n. 25. & quæst. 61. n. 14. & seqq.*
4. Sicuti persona qvoqve coadulterans non minus ac ea, quæ ob denegatum debitum cum aliâ extra conjugium congreditur, leniori supplicio punienda venit, *add. Benedict. Carpzov. l. c. n. 21. 24. 37.* Rescissio igitur hic nobis pronunciationem nullitatis à judice factam significat, non qvod simpliciter hic actus tanqvam ab initio vali-
5. dus eâdem ex se intrinseceqve indigeat. Idem dicendum de conjunctione, quam potens cum impotente inivit scienter, nam nec ibi verum matrimonium est, etiamsi, absente incontinentiæ periculo, secundum sœpiùs fusiùsqve prolata in *th. 1. h. c.* perpetuum consortium instituere probè valeant. Qvarta qvæstio
6. ex prioribus ut plurimum redundans est: Qvod si jam ob impotentiam nuptias præcedentem in genere nullum prædicetur matrimonium, an hoc pacto etiam connubia senum nulla judicari debeant, quemadmodum hoc fiebat Lege Juliâ & Papiâ *L. Sancimus. 27. C. de Nupt. L. Si Paterfamilias, 15. §. in arrogatiodibus. 2. de Ado-*
7. *ptionib. L. Si sterilis. 21. pr. de Action. Emt. L. si major. 12. C. de Legit. Hered.* ubi sexagenarius ad generandum & quinquagenaria ad concipiendum præsumuntur inhabiles? Resp. aut senes considerantur ut potentes ad actus venere-

nereos, licet id difficultes fiat, & nuptiæ illorum non 8.
rescinduntur; aut senes considerantur ut planè impo-
tentes, & matrimonium inter eos propriè sic dictum
non est, *Gloss. ad cit l. 27. C. de nupt. c. 2. extr. de frigid. Paul.
Zach. l. c. lib. 3. tit. 1. qu. 2. n. 15. ex Navarr. Consil. lib. 4. cons. 3. n.
15. de frigid. & malefic.* interim tolerantur non magno- 9.
perè probantur talia senum consortia, *arg. c. 5. cum ha-
beret. extr. de eo qui duxit in matrim.* quæ in Republicâ,
cùm vero suo fine destituantur, haud facilè permitten-
da sunt, *Sutholt. d. 2. aphor. 27.* hinc aliqvando ad instanti- 10.
am partis validæ rursus separantur, *vid. Dedekeon. vol.* 11.
3. l. c. num. 10. p. m. 310. qui refert judicium Consistorii
Wittenbergensis super *quæst.* Ob einem Weibe/
welche einem alten Mann genommen / der wegen
seines hohen Alters und eingefallenen Kranckheit
zum ehelichen Werck untüchtig / sich anderweit zu
verehlichen gestattet wird? seqq. verbis: Als ihr uns
einen Ehehandel und darauff von euch sententioni-
ret und ferner vorbringen Engel K. Klägerrinne an
einem/ und H. K. Beklagten anderstheils überschi-
cket und euch darüber des Rechtens zu belehren ge-
beten habt / so unterrichten wir / daß nunmahls
aus des Beklagten Vorwendung so viel erscheinet/
dürft er endlichen ertheuern / daß er seines Alters
und eingefallenen Kranckheit halben zu ehlichen
Wercken nicht tüchtig noch vermüglich/ auf den Fall
würden die Sponsalia so zwischen ihnen geschehen/
billich retractiret und hinterzogen / und möchte sich
Klägerrinne ihrer Gelegenheit nach in Nahmen
GOttes anderweit verehlichen/ aber gleichwohl weil
Beklagter seine Unvermögenheit gewust / und sich
doch darüber vergeßlich in den Ehstand eingelassen/
so soll er derwegen willkührlich gestraffet werden/

auch Klägerin die erlittene Schaden und Unkosten
auff vorgehende gerichtliche Mässigung erlegen.
12. V. R. W. Qvid demum (qvintò qværere liceat) si a-
nus juveni nubat? De marito decrepito rem ex dictis
clarere arbitramur; De vetulâ distingvendum, an la-
bes in ipsâ sit coitum impediens conjugalem; an verò
ætas nimium provecta effectum copulæ cessare faciat:
Illa utiqve annihilat, hæc servat conjugia firma. Com-
modius tamen congressum senis cum puellâ concedi
posse dicit *Raup. l. c. c. 5. p. m. 286.* qvam monstrosum il-
lum juvenis cum fœminâ effœtâ, fœtidâ, victâ, rugosâ,
annosâ; *dd. Carpz. Jurispr. Consist. l. 2. tit. 1. def. 31.* Sed annon
13. propter sterilitatem (ut sextum moveamus) nuptiæ di-
velli debent? Dicimus solam sterilitatem, nisi etiam
adjuncta sit alia impotentiæ supradictæ species, non
esse sufficientem causam divortii; quia impeditur non
actus, sed effectus conjugalis; adde, qvod de facili sit
14. curabilis, *vid. Carpz. l. c. t. t. 11. def. 200. Zach. lib. 3. t. 1. q. 7.*
Confirmat qvoqve hoc *c. 27. tantum valet 32. q. 7. nov. 117. c.
8.* etiamsi jure Pandectarum sterilitas justam divortii
causam olim præbuerit *l. 60. §. 1. Donat. int. Vet.*

THESIS III.

1. Quantū temporis ad probandam impotentiam indulgendū?

2. Conciliatio c. accepisti. & c. laudabilem. x. de Frigid.

3. Triennium quod impotentibus ad expectandum injungitur quando currere incipiat?

4. Juramentum cum septimâ manu propinquorum.

5. Quando de impotentiâ continuò constat, triennium non est expectandum.

6. Sententia Consistorii Wittebergensis ex Dedekenn.

POsito nunc matrimonium ob impotentiam dirimi
1. posse, disceptatur de novo, quantum temporis ad
pro-

probandam congreſſus carnalis infirmitatem indul-
gendum ſit? Opponuntur etenim communiter
c.1 accepiſti. X. de frigid. & c.5. laudabilem. c.7. literæ h. t. Re- 2.
ſponderi poſſe videtur per diſtinctionem hoc modo:
quando defectus occultus eſt, & manifeſtare difficilis
(v.g. quando vir eſt infirmus; vel aliàs impeditus ad-
eò, ut experientia minoris temporis certa non ſit) tunc
partes cohabitent per triennium à tempore celebrati
conjugii, tàm de jure Canonico, *c.5. laudabilem. c.7. literæ.*
X. de frigid. & malefic. quam civili, *nov. 22. cap. 6.* (etiamſi
de hoc olim tantum biennium conſtitutum erat, *l. 10.*
C. de Repud.) quo elapſo, ſi vir, quod pro veritate vir ſit,
non oſtendat, licebit mulieri & ejus parentibus disjun-
gere matrimonium, *nov. cit. Beuſt. p. 2. c. 14. in fin. Melancht.*
l. c. Ludwel. Diſp. it. 2. lit. b. θ. 3. Beſold. O. J. part. 4. de Nupt.
cap. 11. n. 4. & dos ſequatur mulierem, at donatio ante
vel propter nuptias maneat apud virum, nihil de ſuo
damnificandum, *novell. cit. c. 8. donatio. X. de Donat. inter*
Vir. & Uxor. Triennium autem incipit currere non à 3.
tempore monitionis per judicem factæ; ſed potius à
tempore, quo primus impotentiæ defectus fuit obſer-
vatus; quamvis aliquod tempus arbitrarium ad preces
peragendas à Judice ſtatui poſſe non negaverimus,
per *c.7. literæ. verb. fortè placet DEO. extr. de frigid. add. Pa-*
normit. h. l. Requiritur præter hoc jure canonum, ut cum 4.
ſeptimâ manu propinquorum, vel vicinorum bonæ
famæ, ſi propinqui defuerint, tactis ſacro-ſanctis Ev-
angeliis uterq; jurejurando dicat, quod nunquam per
carnis copulam una caro effecti fuiſſent, *cit. cap. 5. lauda-*
bilem. extr. de frigid. Delr. Disqv. magic. l. 3. p. 1. qu. 4. ſect. 8. p. m.
417. Zœſius comment. ad tit. extr. de frigid. n. 9. p. m. 432. Un-
gepaur. l. c. n. 4. Sanchez. 7. Diſp. 94. n. 7. & ſeqq. Quando verò 5.

continuò conſtat, ac ſufficienter per inſpectionem non-valentia probari poteſt, *c. 6. fraternitatis. extr. h. t.* (v. g. in iis, quos natura impotentes effecit, *vid. c. 3. h. t.*) nec iſtud triennium obſervandum erit, *Pac. Iſagog. ad cit. t. extr. de frigid. Panormit. h. l. n. 6. c. 1. accepiſti. & c. 7. literæ n. 1. c. 5. laudabilem. n. 2. Melanchth. h. l. c. Ungepaur. h. l. p. 556. Beſold. l. c. Maſcard. de probat. vol. 2. conclus. 888. n. 3. 4. & ſeqq. p. m. 192.* præprimis cùm in certis ampliùs locus conjecturis eſſe non debeat, *l. 137. §. 2. in fin. de V. O.* caſus *vid.*
6. *ap. Dedekenn. vol. 3. p. m. 351. n. 6.* in verbis: P. P. Euch geben wir zu vernehmen / daß uns vorkommen iſt / Anna N. und hat ſich beklaget / wie das N. N. ſich mit ihr verlobet / zuſammen geben / und ehelich beylegen habe laſſen. Aber wiewohl ſie beyde / als Eheleute / vielmahl bey einander gelegen / und ſie / das Weib / ſich verſehen / ehliche Pflicht und Werck zu bekommen; Er habe ſich aber niemahls ſo geſchickt befunden / daß er ehelicher Wercke begierig / oder auch derſelben Vermögens geweſen / zuvor oder hernach darzu Neigung oder Geſchickligkeit empfunden / ſo doch 2. Jahr von ihren Beylager verlauffen / achte ſich darzu gantz unvermögend / und habe davon vor dem ehelichen Vertrauen und Beylager nicht gewuſt / ſondern gemeinet / es wäre mit und in der Ehe nichts anders / denn daß ſich zwey Perſonen mit einander ernehren müſſen. Wiewohl denn aus Anſchauung ſeines Angeſichts / da er bleich und unbärtig / nicht unglaublich / daß er zu männlichen Wercken unmögend. Dennoch aber / dieweil dieſes ſorgliche und gefährliche Sachen ſeyn / Gewiſſen und Aergerniß belangend / ſo befehlen wir euch / daß ihr beyde Perſonen / desgleichen von iegli-

cher

cher Person zween ihrer Freunde für euch wollet erfordern / ihnen die Sache fürhalten / und wo diese vertrauete/solches wie oblaut auff ihr Gewissen/ und die Freunde das auch auff ihr Gewissen und Eyde nehmen/daß sie glauben / daß es natürliche Unvermögenheit sey / erkennen auff solchen Fall wir/das Weib sey frey und ledig/ geben ihr Macht und Recht/ einen andern im Nahmen des HErrn zunehmen. Zur Uhrkund etc.

THESIS IV.

1. Quid statuendum, si una pars impotentiam alleget, altera eandem neget.

2. Mulier in ipsa novitate post mensem aut duos proclamans causatur separationem.

3. Sola virginitatis læsio valida potentiæ præsumtio non est.

4. Mulier post annum aut dimidium provocans præsumtionem contra maritum impotentem non facit.

5. Ratio decidendi in utroq; casu.

6. Quæ tamen intelligenda de impotentia præcedente non supervenîente.

7. Conjuges utriusq; fortunæ socii.

8. Exemplum Theogenæ Agathoclis uxoris.

MAjor scrupulus delitescit in hoc casu, quando una pars impotentiam allegat, altera eandem negat, 1.
e.g. Titius thalami fœdere sibi junxit Affraniam, celebrato autem conjugio illa ipsa clamitat Titium viribus non valere. Titius inficiatur, ubi quæstio est, cui credendum sit? At optimè dissidium hoc deciditur in *c. si quis. 33. q. 1. c. 1. accepi 11. extr. de frigid.* videlicet si mulier 2.
in ipsa statim novitate post mensem aut duos ad Epi-

ſcopum aut ejus miſſum proclamaverit, ſeparatio in-
tercedere poteſt, modo accuſatio ulterius per rectum
judicium probetur, *c.1. quod autem 33. q. 1. Spekhan. lib. c.*
3. *Pac.h.t.* (ubi tamen tanquam argumentum fallax non
ſufficit ſola virginitatis læſio, quia hæc etiam aliis mo-
dis amitti poteſt, *Panorm.h.l c.7.n.10.* nil dicam de viduis,
4. ubi planè hæc inſpectio ceſſat) Sin verò poſt annum
aut dimidium ad Epiſcopum clamaverit dicendo,
quod non fuiſſet cognita, maritus interim contrarium
affirmet, marito tanquam mulieris capiti credendum
5. eſt, *Ungep.l.c.* Rationem prægnantem ſatis *cit. c. 1. extr.
de frigid.* ſuppeditat, quia ſi proclamare voluit, cur
tamdiu tacuit? cito enim & in parvo tempore ſcire
potuit, ſi ſecum coire potuiſſet. Quapropter contra
mulierem defloratam duæ præſumtiones concurrunt,
(1) quia tardè proclamavit, (2) quia vir dicit ſe eam
cognoviſſe: at rurſus eliduntur, ſi veraciter aliis cir-
cumſtantiis eam adhuc virginem eſſe probari poſſit,
vitiumque manifeſtum in marito exſtet, *add. Panorm. ad*
6. *ſæp. cit. c. 1. extr. de frigid.* Veruntamen hæc dicta ſunto de
præcedente, non ſuperveniente impotentiâ, ſive jam
illa violentâ caſtratione, & membri genitalis truncatio-
ne, ſive quocunque pacto concilietur, quoniam hæc
matrimonium legitimè contractum nunquam dirimit,
ſed multò magis initum ritè fœdus inviolabile conſer-
vat, *c.29. quod autem. 27. q.2. c.25. hi qui matrimonium. 32. qv.7.
Pac.l.c. reg.1. Schneidevv. tit. all. g. d. Nupt. Melancht. d. conjug.
summ. an propter morbos & c. p.760. Panorm. ad c.4. X. d. frigid.
n.3. Zæſ. h.t. n.4. Gerhard. Tom. VII. loc. de Conjug. n.958. & 685.
p.m.393. a.a. Dn. Struv. Syntagm. jur. civil. Ex.29. th.20. & Ex.
29. th.40. Carpzov. prax. rer. crim. part.2. q.61. n.18. & Jurispr.
Conſiſt. part.2. defin.202. per tot. Harppr. ad §.11. Inſt. de Nupt.
n.136.*

n. 136. Ratio est, quod conjuges ad quamcunque fortunam perferendam obligati sint, nihilque existat tam humanum, quam fortuitis casibus mulieris maritum, vel uxorem viri participem esse, *l. 22. § 7. solut. matr. Reinhard. Konig. Theatr. polit. part. 1. n. 105. & seqq. Schonborn. lib. 1. pol. c. 6. Gerhard. l. c. ex Luther. Tom. 2. Jen. Germ. d. vit. conj. f. 156. h.* Dicuntur enim nuptiæ consortium omnis vitæ ac communicatio divini humaniq; juris, ad hoc scilicet, ut conjux domicilii, fori, honoris & bonorum, omnisque fortunæ, tam secundæ, quam iniqvæ, capax perpetuò & socia, imo quasi pars corporis mariti sit, cumqve sequi teneatur vagabundum, exulem & extorrem *c. 8. admonere. 33. q. 2. arg. c. 3. unaquæq; 13. q. 1. Pomeresch. ad pr. Inst. de Nupt.* Hinc venustè Theogena Agathoclis uxor Regis Syracusanorum, se cum marito suo non tantum faventis, sed etiam adversi fati societatem inivisse dixit, *Rittershus. ad pr. Inst. d. Nupt. p. 62.* 7. 8.

THESIS V.

1. Maritus studio continentiæ præpostero ductus vel se ipsum castrans facit matrimonium rescindi.

2. Idem dicendum de muliere quæ vel medicamentis vel incisionibus se ineptam facit.

PRotulimus autem hæc de impotentiâ violentâ, uti & casu obveniente: Nam si quando maritus præpostero perpetuæ continentiæ studio ductus, *arg. c. 1. si dicat. 33. q. 5.* atque in Deum rebellionem faciens, *nov. Leon. 98.* voluntariâ vel potione vel exectione sibi infirmitatem conciliaverit, à magistratu, cujus justam adversus se indignationem cudit, non tantum puniendus, sed etiam pro malitioso desertore habendus est, *c. 7. a-* 1.

liquan-

liquando 52.q.2. quia inimicum naturæ animum capessat, detrahitque, quæ debet, uxori, quod tamen ea invitâ peragere prohibetur, *cit.c.1.si dicat.c.2. notificasti. c. 6.una sola, 33.q.5.* quocirca quoq; innocenti parti de novo consulendum autumat cum *Bidenbach. de caus. ma-*
6. *trim.p.101.Gerhard.l.c.n.658.* Idem de muliere, quæ se ad sobolis conceptionem vel medicamentis, vel incisione arteriarum, quæ post aures sunt, fecit ineptam, statuit *Raup.Bibl.Port.d.Conjug.lib.2.part.5.cap.4.p.m. 218.*

THESIS VI.

1. Quomodo procedendum quando pars impotens post separationem novum matrimonium contraxit.

2. Impotentia ex frigiditate orta rescindit nuptias secundas; ex maleficio, reservat firmas.

3. Ratio hujus utriusq; juris.

4. Limitatio quod non procedat in frigiditate & maleficio totali.

5. Quid juris, si maleficiatus post separationem antequam ad novum conjugium accedat, robustus fiat?

6. Mulier nimis arcta priori viro, licet per secundum habilis fiat primo, tamen secundo adhærere tenetur.

7. Mulier arcta an incisionem pati respectu mariti obstringatur?

8. Sententia & Sanchez. affirmativa argumenta.

9. Pontii fundamenta negativa.

10. Conciliatio opinionis utriusque.

1. NEc minus hic disquiritur, quando pars impotens post separationem novum matrimonium contraxit, an illud rescindi debeat? affirmat hoc *c.5. laudabilem. extr.d.frigid.* negat *c.4.si per sortiarias.33.q.1.* Ast ite-

rum

rum hoc negotium mediante quâdam distinctione componi posse arbitramur, videlicet: Separatio orta fuit aut ex frigiditate, aut ex maleficio: Si ex frigiditate, omninò secundæ 2.
nuptiæ rescindi debent; Sin ex maleficio, firmæ permanent.
Ratio est, quod maleficiatus præcipuè respectu quarundam 3.
personarum imbecillis sit, respectu quarundam optimè valeat, imò sæpissimè omnes mulieres, exceptâ solâ conjuge, carnaliter cognoscere queat, *c.7.literæ.extr.de frigid.* adeoque Ecclesia minimè decipiatur, si is novam uxorem ducat, *d.c.si per sortiarias*: Aliter se res habet in frigiditate & maleficio to- 4.
tali, seseque ad omnes indistinctè extendente; quæ cum non in certo subjecto finiantur, justissimè maritum novas nuptias ambientem, tanquam perjurii reum adigunt ad priora connubia redire, *d.c.laudabilem. Zœs.l.alleg.n.13. Panorm. l. c. num.7.*
Eodem fermè effato uti possumus, si maleficiatus post sepa- 5.
rationem, antequam ad novum conjugium accedat, robustus fieret, nimirum eundem pari ratione non posse cogi. Ratio est, quoniam ab initio illud primum propter impedimentum, quod intercedebat, ratione finis nullum judicabatur; idcirco jam res de novo agenda, & quia nulla legum defraudatio accessit, consensus partium liberrimus adhibendus venit. Idem denique affirmamus de muliere nimis arctâ priori 6.
viro, quæ tametsi per secundum maritum habilis facta sit primo, tamen secundo adhærere tenetur. Hîc non incongruè 7.
quæritur: quid juris in muliere satis arctâ, an & hæc necessariò incisionem pati, vi obligationis cum marito initæ, debeat?
Affirmat hoc *Thom. Sanchez. de matrim. 7. Disp. 93.* propterea 8.
quod cùm verum sit matrimonium, uxor jus sui corporis transtulit, in virum. Ergò ubi commodè potest sine magno incommodo, aptam se reddere viro tenetur. Confirmatur: si enim vir non posset moveri ad fœminam cognoscendam, nisi certo situ, aut pulchra, ornatave pretiosis ve-

ſtibus ſit, quis dubitabit teneri fœminam eo ſitu uti, ac pretioſis indui veſtibus, fucisq; faciem decorare, ad viri imbecillitatem adjuvandam? Deinde quia inciſioni illi & medicaminibus ſuſceptis, præponderat jus ad uſum matrimonii, periculum incontinentiæ maximum, ac pollutionum utriusq; conjugis, cùm perpetuò cohabitare debeant, tanquam veri conjuges. Tandem quia hæc obligatio naſcitur ex eo, quod quicunq; tenetur ad aliquod obſeqvium, tenetur ſubinde ad requiſita illius ad exhibitionem. Quare hæc obligatio non naſcitur ex impedimento præſtito per mulierem, ſed ex jure matrimonii, cui ſatisfieri aliter nequit. Sed ad hæc argumenta reſpondet *Baſil. Ponze de Matrim. Sacram. l.7. c.62. p.m.*
9. *379.* & ad primum quidem, fœminam, inquit, per contractum matrimonii jus ſuum tradere viro apto, non inepto, atq; in non aptum nullum transferri jus. Adde etiam in eo medio magna incommoda reperiri, quæ jam dixi. Confirmatio frivola eſt. Quid enim mutationis ſitus ac veſtigium cum virginis inciſione, & viri impotentia comparatione virginis? Ad ſecundum, ſi vir eſt ineptus ſimpliciter ad virginem, nullum conſurgere jus matrimonii, quod præponderet inciſioni. Nam virgo non ſe tradit ex naturâ contractus illo modo celebrati, niſi habili & corpore de ſe apto, quaſi emat corpus etiam aptum ad illam in eo ſtatu, quo ſe illi tradit. Concupiſcentiæ verò nullum eſt periculum, diſſolvitur enim matrimonium, ut in ea cauſa, qua dixi præjudicatum eſt. Tertium & poſtremum eodem pede claudicat: ſupponit enim teneri corpus virginis de ſe aptum ad obſequium viri ad virginem prorſus inepti, quod non negamus; iſte verò auctor nulla ratione ſufficienti confirmat. Poterit quidem fœmina, ſi voluerit, inciſionem pati, obligari autem ad illam non poteſt. Si autem inciſa adhuc à viro cognoſci non poſſit, non tenetur vir illam alere, ſuſtinuit enim ſua ſponte, ac ſe

obje-

objecit illi periculo atq; ideo nullam injuriam intulit. Sicut qui sine ulla vi agnoscit virginem, etiamsi matrimonium amittat, nec æquè bene nubere possit, ad nullam restitutionem tenetur, qui violavit. At si contra ejus voluntatem incideretur & adhuc posteà inepta esset illi viro, non liberarem virum ab onere dotis sufficientis constituendæ, ut æqvè benè nubere alteri posset. &c. Nos in hac sententiarũ diver- 10.
sitate arbitramur sæpiùs hactenus probatam distinctionem & hîc locum obtinere valere; videlicet an incisio hæc absq; vel cum mortis periculo suscipi debeat. Sin prius, rectè statuisse videtur *Sanchez. l. c.* Sin posterius, non abs re uxor ex moderamine defensionis naturalis sententiam *Ponzii* arripere posset.

Thesis VII.

1. An quis salvâ conscientiâ ad sanitatem recuperandam posit maleficii ligaminis signa destruere?

2. Argumenta opinionis affirmativæ.

3. Responsio ad fundamenta negativæ.

4. Munitione crucis ad evitandam hanc incantationem rectè Christiani utuntur.

Ultimum superaddimus quæsitum, idqve haud leviter in- 1.
ter Doctores agitatum, an nimirum maleficiato, ut hanc actionem adversus se instituendam evitet, liceat maleficii signa destruere, pariter ac sanitatem hâc viâ sibi comparare? In utrâque qvidem cùm affirmantium, tùm negantium parte argumenta extant haud minimi ponderis, vincere tamen ar- 2.
bitramur ea, quæ affirmativam firmant, quoniam (1) remedium illud non est prohibitum jure positivo, nec quicqvam in hâc amotione intercedit illiciti, (2) conducit ad rescindendum pactum, quod permissu divino magi cum diabolo re-

 spectu

respectu maleficiati inierunt, (3.) ex naturâ rei per se & intrinsecè malum non est: nam sicuti citra delictum ipsos maleficos nos infensantes ac per diabolum operantes tollere possumus; ita etiam instrumenta eorum ad operandum adversus nos excitantia jure naturali dissipare valemus, quod hic optimè procedit. *arg. l. 3. de J. & J. l. 1. §. 27. de vi & vi arm.* præprimis qvum signum amovens non à dæmone, sed à Deo potius sanitatem expectet, tametsi non eamus inficias, potuisse & sine signi destructione hunc Deum adjuvare. (4) hæc sublatio fit mediis licitis, bonâ intentione & fine, neq; pactum cum Diabolo importat: intenditur enim sanitatis restitutio, noxæ cessatio, atq; fœderis diabolici abolitio: idcirco similiter non peccat, qui maleficum preces quasdam aut notas magicas in alterius detrimentum producentem, ne verbis, vel characteribus à dæmone effectum consequatur, probè verberibus cædit, juxtim & variat.

3. Negativæ assertionis fundamenta proferunt *Zœs. comment. ad tit. extr. de frigid. num. 12. & ex Joh. Hessel à Lovan. prælect. lib. 4. sent. Delrio lib. 6. c. 2. q. 3. sect. 1. p. m. 944.* quia quis se, signum deturbando, immisceret pacto diabolico tacitè: Namque pactus est sanatas cum magis, & aliis, qui hoc prohibito verborum & notarum abusu utuntur, vel expressè, vel tacitè, ut signo posito lædat, signo remoto desinat; qui ergo signum aufert, agit ex spe promissi pacti. Sed hoc argumentum robur suum obtineret, si nos intelligeremus eum, qui vi pacti, quod magus fecit cum dæmone, dæmonem cessare vellet; attamen qui subtrahit signum, prout hic consideratur, non agit cum diabolo ex pacto, quin potius illud ipsum, tanquam extremè sibi nocivum disjicit; adeoqve expectat, non ut ex pacto, qvod nullum hic, dæmon aliquid faciat positivi, sed privativi, & ut hoc signo non amplius honoratus, atq; liber à promissis, quibus maleficum arctius sibi devinxit, facere desinat. Illicitum igitur est expectare aliqvem effectum positivum

vum

vum vi alicujus pacti conventi cum dæmone, quod cessare hoc loco nemo non videt: quoniam ne qvidem ideò signum tollitur, quod existumetur illi vim inesse sic nocendi; sed quod credatur, quamdiu hæc posita manebunt, Satanam propter pactum cum malefico non absolutè, sed Deo permittente nocere posse & velle: aliquando enim diabolus stat pactis conventis cum mago, non quia fidelis, sed quia hoc ad decipiendos homines utile censet. Qvocirca cum nec honor, nec fœdus aliquod ad dæmonem hac signi destructione perveniat, sed tantummodo mediante divini nominis invocatione ejus pactum removeatur, suique ipsius defensio instituatur, illam licitam esse supra statuimus: quamvis non negemus, quod quando Deus in genere immundo permittit spiritui mediante signo nocere, non posse eum nocere signo destructo, quia permissionem suam sic limitasse videtur, hinc tamen non sequitur Deum habere pactum cum dæmone, *add. Delr. sup. cit. loc. sect. 1. 2. & 3.* ubi, præter remedia naturalia & supernaturalia cōtra artes magicas, quatuordecim alia dissentientiū dubia examinat, quæ quoniam omnia ferè ex unico hoc prolato promanant, ne chartæ longius excrescerent, publicè; cum eruditis diluere animus est. Porrò etiam sine peccato munitionem crucis ad tollendum veneficium adhibere, quemadmodum, si maleficus signum sciat, & sine maleficio auferre possit, illud ab ipso inquirere, & eundem ad tollendum cogere, vel amicè sollicitare possumus: prolixius de his *vid. Zæs. l. c. n. 10. & seqq. Binsfeld. ad tit. C. de Malefic. & Mathem. concl. 3. item Bodin. Dæmon. lib. 2. cap. 1.* qui de cive Ratisbonensi asserit, quod magam arripuerit strangulaturus, eamque vi ad impedimentum solvendum compulerit. 4.

CAPUT

CAPUT OCTAVUM
REPRÆSENTAT IN GENERE IMPOTENTIAM FICTAM.

THESIS I.

1. Qvid sit impotentia ficta.
2. Impotentia ficta per leges nomen sumsit.
3. Paria sunt in jure non esse & non competere.
4. Impotentiæ fictæ exempla in sponsis ante festum conjugale ab aliis initiatis.

1. TAntum de Impotentiâ verâ; paucis nunc ordo postulat, ut de fictâ agamus, quam sic describimus: Qvod sit coeundi defectus in naturaliter potente, divinâ ac civili lege in-
2. troductus. Quamvis autem hôc impotentiâ laborantes reverâ debitum conjugale solvere posse, optimè nobis perspicuum sit, cùm sæpissimè firmiorem corporis constitutionem obtineant, qvàm alii, qvi hâc lege non tenentur; judicantur tamen ratione certarum personarum non valentes, *arg. l. fin. C. de sent. ex brevic. recit.* atque ad copulam ineundam nullo pacto idonei, fictione scilicet juris, quæ idem in casu ficto, quod in vero veritas mihi operatur, *l. 28. de vulg. subst. Eberh. Loc. top. à vi fictionis. cui add. Barthol. Bertazol. Consult. Decisiv. lib. 1. cons. 52. n. 2. pag. 242.* Nam τὸ posse honestum infert, *Gothofred. ad l. 79. de jur. dot.* hi autem contra jus agunt, verecundiam ac pietatem lædunt, *l. 15. de condit. instit. arg. l. 6. qui satisd. cog.* simul & frænum illegitimis cupidita-
3. tibus laxant, *Melancht. de conjug. restrict. 1.* unde etiam quodammodo enatum illud, quod paria sint, jus non esse, & non competere, *l. 1. C. quand. non petent. part. l. 3. §. 9. l. 4. de bonor. poss.*

Bald.

Bald. in l. nam etsi. §. *1. de inoff. testam. Vultej. Marp. vol. 3. cons. 35. num. 132. p. m. 517.* In genere ad impotentiam fictam referimus, ut alia sexcenta taceamus, famosum qvarundam gentium abusum, de quo *Henn. Arnisæus de Jur. Connub. cap. 3. sect. 3.* §. *14.* Lacedæmonii, inquit, quia liberos non sibi, sed Reipubl. educabant, nihil quoque pensi habebant, solo marito contenta viveret mulier, an fortissimo cuique traderetur, ut similes ab eo conciperet liberos, *Plut. in Lyc.* qvemadmodum adulteranda fuit data Regia conjux Acibiadi, cum apud eos exularet, *Plut. in Alcib.* Apud Nasamones consvetudo fuit, ut sponsæ per convivarum ordinem deductæ à singulis initiarentur, priusquam ad sponsum devenirent, *Herod. l. 4.* Calecutiorum regulorum sponsæ prælibari solebant à Brachmannibus sacerdotibus, *Histor. Calec.* Volsinensibus quoque antiqvitus legem fuisse, ut ingenuo nupturam virginem ex Senatorum ordine quisquam prius delibaret, autor est *Val. Max. lib. 9.* Evenus II. Rex Scotorum inter cœteras hanc quoqve legem tulerat, ut Rex Nobilium, Nobilis plebejarum sponsarum pudicitiam prælibarent ante nuptias, *Buchan. lib. 4.* Babyloniorum mulieres semel qvotannis ad templum Veneris desidebant, copiam sui peregrinis exhibentes, *Herod. lib. 3.* Sic Adriimachidæ virgines nupturas exhibebant Regi, & quæ sibi placebant, illas Ipse devirginabat, *Alex. ab. Alex. l. 1. c. 24. Greg. Tholos. de rep. lib. 9. c. 1. n. 48. Hermes p. m. 153. num. 86. cap. 11. Fascic. Jur. Publ. Speidel. voc.* Lehendienst §. *4. ex Choppin. & Camill. Borell.* Sed pergimus ad specialia, quæ nobis suppeditabit 4.

C A-

CAPUT NONUM
DELINEANS QVASDAM IMPOTENTIÆ FICTÆ SPECIES.

THESIS II.

1. Probibita sunt conjugia omni jure inter ascendentes & descendentes.

2. Inter fratres & sorores incestus juris Gentium committitur.

3. Nec tolerantur conjugia inter consangvineos & affines nisi quoad gradus jure civili & canonico descriptos.

4. Ratio Bellarmini, qvamobrem usqve ad quartum gradum inter consangvineos inclusivè matrimonium sit prohibitum, rejicitur.

QVoniam hæc præsentis impotentiæ tractatio in materiâ
præsertim nuptiarum inutilium & incestarum suis ni-
titur radicibus, diffusionem, qvo ex scriptis scripta præter
necessitatem conficiantur, adhibuisse parum decebit; qvin
potius eandem, tanqvam rem communi Doctorum ore de-
1. cantatam, supremis degustasse labris juvabit. Exhibet au-
tem se (1.) impotentia parentum, eorumqve qui paren-
tum loco sunt, in respectu ad liberos & contra, qvam omni
jure, divino, civili & canonico prohibitam esse manifestum
est, *Levit. 18. v. 7. §. 1. §. 5. Inst. l. 17. §. 2. l. 53. ff. l. 17. C. de Nupt.* Se-
2. cunda intercedit inter fratres & sorores: Sed de his nostrum
jam facimus, qvod vulgò quæritur, an nimirum incestus ju-
ris gentium, an juris civilis ab ipsis committatur? Po-
sterius tuentur *Giphan. ad §. 2. Inst. de Nupt. Ludvv. D. 2. th. 4. lit.*
a. aliiqve qvamplurimi, moti potissimum autoritate *l. fin.*
de Rit. Nupt. l. 38. §. 1. & 2. ad L. Jul. de Adult. Prius idqve ma-

gisri-

gis ritè adstruunt, *Dn. Strauch. Diss. 2. aph. 11. Sutholt. Dissert. 2. aph. 31. Pomeresch. ad §. 2. Inst. de Nupt. v. fratrem. per arg. l. 8. l. 39. de Rit. Nupt.* & qvia gentes, qvibus leges Mosaicas Deus non promulgaverat, ob violationem hujusmodi prohibitionis extremo exterminii supplicio DEUS puniit. Ter- 3.
tia est inter consanguineos & affines usqve ad qvartum gradum inclusivê, idqve jure Canonico *c. 8. non debet X. de Consang. & Affin.* ubi etiam continetur ridicula illa ratio, qvare qvaternarius numerus benè congruat prohibitioni conjugii corporalis, scilicet qvia qvatuor humores sint in corpore, qvi constent ex qvatuor elementis: utut eam defendere velit *Bellarmin. ad Matrim Sacram. lib. 1. c. 29. in fin.* Ait enim hanc 4.
rationem licet non primariam, tamen esse physicam, & in qvartâ generatione videri totum sanguinem interiisse: Nam in primâ perire vim paterni sangvinis igneam, sive subtilissimam; in secundâ aëream; in tertiâ, aqueam; in qvartâ; terream. Sed hanc sententiam una cum supputatione canonicâ, manifestè interdum falsissimâ, *vid. Sutholt. D. 2. aph. 31. 38. Rittershus. diff. jur. civil. & canon. lib. 1. cap. 5.* iis, qvi eam defendere volunt & possunt, spontè remittimus.

THESIS II.

1. *Quid sentiendum si Patrinus ducere velit eam, quam ex sacro fonte levaverat?*

2. *Senator & ejus filius cum posteris jure Romano non poterant ducere libertinam.*

3. *Nec tutor & curator pupillam ac cujus curam debebant gerere.*

4. *Nec raptor raptam, quod limitatur jure canonico.*

5. *Nec adulter adulteram, ubi restrictio ex observantia Consistoriorum nostrorum.*

6. *Aliæ plures impotentiæ fictæ species remissivè.*

1. QVarta provenit ex cognatione ſpirituali. v. g. ſi compa-
ter ducere velit eam, qvam ex ſacro fonte Baptiſmatis le-
vavit, *l. 26. in fin. C. de Nupt.* qvàm etiamnum hodiè apud
Ruthenos & Moſchos obtinere tradit *Godofr. in not. ad l. c. ex
Sigismund. comment. Moſchov.* Noſtris tamen moribus inſu-
per habetur, tùm maximè qvod juri divino qvoqve inco-
2. gnita ſit, *Pomer. l. c. ad §. 1. d. N.* Qvinta ſe offert inter ſe-
natorem, filium, nepotem pariter ac pronepotem ex filio
nato, & libertinam atqve cujus pater materve artem ludi-
cram exercuit: Item inter libertinum & ſenatoris filiam, *l. 23.
l. 44. pr. § 1. & ſeqq. de Rit. Nupt.* ſed hoc ſuo modo corre-
ctum per *Nov. 78. cap. 3. nov. 117. cap. 6. c. ſi qvis ancill m. 29.*
3. *quæſt. 2.* Sexta animadvertebatur inter tutorem & curatorem
filiosqve eorum, juxtim & pupillam, ac cujus curam gerere
debent, *t. t. C. d. interd. matrim. int. pupill. & tutor.* niſi ante ſit
deſponſata à patre, vel teſtamento deſtinata, qvibus adjun-
ge, ſi redditæ rationes ſint, adultaqve vigeſimum qvintum
annum exceſſerit, *l. 6. C. h. t. Scotan. Ex. jurid. h. t.* Septima
reperiebatur inter raptorem & raptam, *nov. 150. l. un. §. 1.*
4. *verſ. Nec ſit facultas. C. de rapt. virgin.* Sed jure canonico pur-
gato vitio impedimentum ceſſat, *c. 7. accedens X d. Raptor. in-
cend.* adeò ut etiam bona raptoris, qvæ jure civili raptæ mu-
lieri applicantur, & amittuntur, ſi ipſa rapta raptori nu-
bat, hoc jure novo mulieri permaneat nubenti, *Gloſſ. ad c. 4.
de puellis. 36. quæſt. 2* tametſi hoc jure antiqvo aliter ſe res ha-
beat *d. c. 4. add Didac. Covarruv. Epiſcop. Segobienſ. De matrim.
part. 2. Tom. 1. §. 9. d. rapt. & nupt. ſecund. num. 2. p. m. 160. b.*
5. Octava offendebatur inter adulterum & adulteram *nov.
134. cap. 12.* qvam tamen Conſiſtoria noſtra permittuut,
modò adulter vel adultera vitæ prioris conjugis haud fue-
rint inſidiati: nec conjuge vivente ſibi invicem matrimonii
fidem dederint. *Danæus Eth. Chriſt. lib. 2. c. 14. Carpzov. Juriſpr.*

Consistor. lib. 2. tit. 1. def. 14. 15. Aliæ porro species erant qvon- 8.
dam usu receptæ, utpote inter patrem adoptivum & filiam
adoptivam emancipatam, *§. 1. Inst. de Nupt.* item inter spon-
sam filiæ ac patrem, vel contra, nuptiæ contrahebantur
culpandæ *l. 12. §. 1. seqq. d. Rit. Nupt.* His addi possunt servi,
qvi jure civili contubernium tantùm, non conjugium ini-
bant, *l. 3. c. de incest. nupt.* quod etiam correctum jure cano-
nico, *c. 1. dignum est, & t. t. X. d. conjug. serv. c. 2. si quis liber. 29.
quæst. 2.* ita tamen, ut jus semper maneat salvum domino,
*Rittershus. diff. jur. civil. & canon. lib. 1. Harppr. ad tit. Inst. de
Nupt. num. 2. Philipp. usu pract. Inst. h. t. Eclog. 58. n. 3. in fin.*
Consimili ratione olim ex Lege veteri XII. Tabb. patriciis
cum plebiis connubia inire prohibitum, idqve ab Appio
Claudio, Decemviro postremis duabus additum tabulis fu-
isse testatur *Vultej. vol. 2. cons. 9. num. 3.* Sicuti quoque apud
Israelitas sacerdotes nec viduam, nec repudiatam, nec qvæ
meretrix fuerat, ducere poterant. *Levit. 21. v. 1. 14.* Mul-
tas etiam gentes varia prohibitionum genera introduxisse
manifestum est, quæ licet non omnia matrimonium nullum
pronunciarint statim, illud tamen sic limitarunt, ut certam
qvandam pœnam incurreret, qui ejuscemodi nuptias statu-
to interdictas contraxisset: qvemadmodum apud nos ea-
dem fermê consvetudo inter qvosdam opifices frequens at-
que recepta est. Cœterum plures impotentiæ lega-
lis species præprimis in foro Saxonico usu veni-
entes videri possunt apud *Carpzov. Jurispr.
Consist. lib. 2. tit 5. & 6. per tot.*

CAP.

CAPUT DECIMUM

ACTIONEM, QVÆ EX IMPOTENTIA FICTA ORITUR, ADUMBRAT.

THESIS I.

1. Patronus juramento adigens libertam ne nubat, jure patronatus privatur.

2. Pœna contrahentium nuptias illicitas.

3. Resolutio legis 1.C.de Condict.ob caus. dat.

4. Limitatio harum pœnarum remissivè.

CUm utiq; Reipublicæ expediat, ut delicta non impunita
relinquantur, *l.95.§.nd.solut.l.20.pr.d.inter.injur.fac.arg. l.11.*
de pœn. optimo jure tanta pœnarum asperitas animadver-
titur introducta adversus eos, qui prohibentibus divi-
nis atque civilibus legibus, vel aliis generandi vim im-
pedire, vel sibi potentiam conciliare in certo subjecto
annituntur. Hinc ergo, si prohibentes considera-
1. mus, patronus, qvi libertam adegit jurejurando,
ne nubat aut filios tollat, jure patronatus priva-
tur, quod judicium & filius ejusdem sustinere cogitur, *l. 6. §.*
2. *31.de jur.patron.* juramenti vi interim libertis remissa *l.c.§.4.* Ex
parte eorum, qui contrahunt, (1) matrimonium non valet *§.*
11.Inst.d.Nupt l.6.C.de Incest.Nupt. nec (2) dos promissa exigi
potest, *cit.§.11.l.52. de Rit. Nupt.* quemadmodum & donatio
propter nuptias iisdem tanquam indignis sublata fisco vin-
dicatur, *l.4.C.de Incest.Nupt.* Non obstat huic posteriori *l.1.C.*
3. *d.condict.ob caus.dat.* ubi hæc donatio non publicatur, sed repe-
ti potest: Respondemus enim cum *Nobiliss.Dn.Schrôt.resolut.*

diffi-

difficil.ll.Cod.h.t. oppositum textum intelligendum esse de eo casu, ubi vel conjunctio planè non est secuta, vel secuta quidem, sed ignoranter illicitæ nuptiæ contractæ fuerunt: quamvis *Godofred.in not.ad cit.l.4.* inter jus vetus & novum distingvere malit. (3) filii hoc modo nati non sunt in patris potestate, nec ei succedunt, nec ab eodem alendi sunt jure civili, *Auth.Ex complexu C.d.incest.nupt.nov.98.cap.15.* tametsi absolutè loquendo omninò ali debeant, *arg.t.t.C.d.Episcop. & Cleric. & Orphanotroph.* imò jure canonico parentes sustentare eosdem cogantur, *c.5.cum haberet X.de eo qui duxit in matr.* (4) bona confiscantur, cingulum solvitur, & personæ hujusmodi honestiores relegantur: fœminâ quoq; talia scienter peccante simili pœnæ subjugenda: substantia insuper sic amissa liberis hoc ipso sui juris effectis, si quas habet legitimos, applicatur: ut tamen pater ab eis alatur, quibus non extantibus fisco defertur, *l.6.C.& Auth.Incestas.d.Incest.Nupt.* Varias tamen pœ- 4.
næ hujus limitationes pro circumstantiarum varietate affert cum *Dd.Schneidevv.ad tit.Inst.d.Nupt.part.3.* qui desideranti ex asse, ut reor, satisfacit.

Thesis II.


1. Conclusio pagellæ cum excusatione ad Lectorem.

Atq; hæ sunt, candide Lector, pagellæ, quas æquiori tuæ, ut spero, censuræ subjicio, communiq; simul eruditorum disceptationi dedico, probè conscius, rem acuratioris indiguisse limæ, quam tamen hactenus juvenilis robur judicii adhibere nesciit: qua propter veniam commissi ingenuè expeto, cum certus sim, quod me tum temporis obstrictum tenuerit fatalis illa ingeniorum scabies, qvâ hodiè eò deventum, ut omnes disputare, quam vivere malint, *Senec.Epist.95.108.* Potuissem equidem refugium quærere in formulis illis excusandi conclamatis undique, nec non attritis, in magnis nimirum


volun-

voluntatem sufficere, audacesque fortunam juvare: Veruntamen cum plausibilem hanc operæ parum navatæ declinationem declinare magis doctiorum animos, quam conciliare persuasum haberem, cogitatò asylum hoc apprehendere nolui: & rectè forsan. Extant enim prudentum tam varia absoluti laboris pronunciata, ut vix quenquam, qui quod non dictum prius, dicere atq; effari valeret, offendas, adeoq; seponendo melius informandæ juventutis rapsodiam consultiùs rem peragas. Patescit igitur me nunquam vulgatâ præsenti chartâ animum induxisse, ut aliorum eruditioni inservirem, sed ut me potius publicè exercitio exercerem, cui tamen si fortè ex accedente rem tuam spectantia interfutura sint, ea tuæ benevolentiæ lubentissimè concessa volo; sin autem politum magis judicium desiderantia surrepserint, juvenis ego, quem etiam vel à quolibet discere non pudeat, obtemperanter emendo. Vale odisseq; noli.

FINIS.


61
2. 6. 73

62



005265082

